bito mortu⁹ cecidit. Jtem nar=
rat de alio qui in nuptijs pcus=
sus morte subita puent⁹ est Jtē
narrat ibidem de alio qui cū i
die pēthecostes magnum festū
fecisset et in mane disposuisset
comedere nouos pullos anseꝝ
inter vxoris vbera iuxta eā ia
cens subito percussus amisit et
sensū et motum. O mis̃a ꝯditio
mortaliū. Quāti laborauerunt
ꝓ mundo sperantes ibi recipe=
re fructū laboꝝ suoꝝ ⁊ perierūt
añ tps qd̄ expectabant. Nōne sē
nacherib ⁊ sui crediderunt ob=
tinere hierl'm et de exercitu eo=
rum. clxxxv. milia subito vna no
cte ab angelo sunt interempti
Narrat robert⁹ de licio in q̄dā
ser. de morte. Qꝫ in ciuitate fer
rariensi āno dñi. M. cccclxiiij.
ex peste mortui sunt i q̄ttuor mē
sib⁹ nouem milia hoim adeo ꝙ
ciuitas illa vacua erat. O q̄t ex
illis erant qui aliqñ crediderāt
se diuiti⁹ victuros. O q̄t sunt q̄
multa disponunt in tribus aut
q̄ttuor annis se facturos : q̄ añ
annū moriunt. O q̄t sunt q̄ edifi
cant domos : ⁊ forte in eis non
hebitabūt: q̄t sūt q̄ plantant vi=
neas ⁊ vinū nō bibent. q̄t sunt q̄
ꝯgregant pecunias cū multo la
bore: ⁊ alij expendunt. Quot sūt
deniq3 qui multa ⁊ magna face
re cogitant in hoc mundo: et in
breui redituri rōnem subito co
rā deo representabuntur. Nec
dubiū sicut multi preteritis tpib⁹
morte subitanea sunt pueti: sic
et in futuro multi subito moriē

tur et a morte preoccupabuntur. O quam infelix humana conditio. Expecta igitur o homo mortalis expecta mortem et paratus esto semper ac si tibi proxima sit. Dicit. n. gre. sup eze. Etenim nobis conditor noster diem mortis incognitum esse voluit vt dum semper ignoratur semper proximus esse credatur. Ideo horam vltimam iovo luit dominus nobis esse absconditam, vt semper haberetur suspecta et quam preuidere non possumus ad illam sine intermissione preparemur. Ideo est di. sal. math. xxiiij. Si sciret prfamilias qua hora fur venturus esset vigilaret vtique et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati: quia qua hora non putatis filius hominis veniet. ¶ Triplici de causa voluit dominus diem mortis non nobis esse incertum. Prima est propter vane leticie repressionem. qua multum reprimi debet dum quis recogitat mortem vt proximam. Ideo autem dies mortis est incognitus vt semper credatur esse proximus secundum greg. Secunda est propter singulorum dierum obseruationem. Nam vt dicit aug. in quadam epistola. Latet vltimus dies vt obseruentur omnes dies Tertia est propter preparationis accelerationem. Iuxta illud. Math. xxiiij. Uos estote parati quia qua hora non putatis. &c. ¶ Paratus vtique debet esse qlibet omni hora quasi nunc esset moriturus. O quanta fatuitas mundanorum qui cum tot calamitatibus mundo seruiunt relinquentes deum et de animarum salute parum solliciti. Et vnde tanta fatuitas nisi quia non cogitant se morituros et nesciunt quando fortassis hodie vel cras. Legitur exemplum de filio vnigenito cuiusdam nobilis qui religionem ingressus patri de eius ingressu dolenti: et vt cum inde violenter extraheret visitanti: dixit. Pater si vnam consuetudinem de terra vestra remoueretis: paratus essem redire. Et pater Que est (inquit) illa consuetudo. At ille dixit. Quia in terra vestra moriuntur iuuenes sicut senes Si hanc consuetudinem amoueritis ibo vobiscum: non aliter. Mortem enim licet esset iuuenis metuebat. Quo audito etiam ipse pater religionem intrauit et cum filio suo deo deuote seruiuit O quam fatui sunt miseri peccatores omnino de hora mortis incerti qui differunt ad dominum conuerti. quam insensatus est qui opera meritoria viribus exercere negligit. Uidemus quod homines in messe mane surgunt instanter colligunt: nec ante noctem laborem dimittunt. Sic debet, nunc quilibet diligenter aggregare maniplos meritorum: sicut ait sap. puerb. x. Qui congregat in messe filius sapiens est: qui autem stertit in estate filius confusionis. Item puer. vi. Uade ad formicam o piger et considera vias eius et disce ab ea sapientiam. que cum non habeat ducem (qui scz eam exemplo suo precedat) nec preceptorem (qui eam instruat et ei leges instituat) nec principem (quem timeat qui ei penas infligat aut premia tribuat) parat in estate cibum sibi et congregat, in estate quod comedat in hyeme. Uides quod homines secundum mundum prudentes prouident sibi necessaria pro anno et tempore quo possunt sibi conuenienti et vtilius prouidere. Aliquando pro vno solo mense. Pauperes vero qui non possunt ad longum tempus sibi prouidere salte pro septima

cxiij

na sibi ꝓuident. Diuites ēt qñ
volūt facē magnum festū ꝑ mul
tos dies añ prouidēt sibi q̄ nc̄ia
sūt ꝙtomagis debem⁹ ꝓuidere
nob̄ de meritis/nō ꝓ die:mense
vel anno:sꝫ ꝓ vita etna. Et si tā
solliciti sūt mundani de thesau
ris pecunie ꝯgregādis: ꝙtoma
gis qlꝫ fidelis sollicit⁹ eē dꝫ de
thesauris spūalib⁹ accq̄rēdis?
Hoc nos edocet saluator. Ma=
thei.vi.d. Nolite thesaurizare
vobis thesauros in t̄ra.ꝛc̄. The
saurizate aūt vobis thesauros
in celo vbi nec erugo nec tinea
demolitur.ꝛ vbi fures non effo=
diunt neqꝫ furantur. Ad hoc ex
hortans barlaā ponit tale exē
plū In ciuitate quadā mos fuit
vnum qlꝫ anno sibi p̄ncipē insti
tuere quē in fine anni nudare ꝛ
in exiliū mittere ꝯsueuit. Sapi
ens autē q̄dā audiens lege ꝓui
dus elect⁹ in p̄ncipez bona sua
trāsmisit ad locū exiliȷ̄. Ad quē
locū finito tp̄e p̄ncipat⁹ veniēs
inuenit ibi bonoꝝ copiaꝫ vñ vi=
ueret. At ꝯtra narrari solet ꝙ
cum quidā magn⁹ dñs hñs plu=
ra castella ꝛ plēs domos in plī=
bus locis infirmaretur ad mor
tem:accessit quidam ex dome=
sticis qui reputabatur vt fatu⁹
ꝛ ydiota:ꝛ q̄siuit a dño q̄liter se
haberet. rñdit ei dñs. Heu heu
opꝫ me ire. Et ille. Quo (inquit)
ire debetis? Dñs autē rñdit. in
alium mundum. Et ille itaqꝫ q̄=
siuit. Et qñ regrediemini. eritis
ibi longo tp̄e? Dñs rñdit. Nun=
ꝙ inde sum reuersur⁹. Ille autē
rursus interrogauit. Nunquid
p̄misistis nuncios qui ferrent q̄
ibi nc̄ia sunt? Cū igitur dñs ob=
mutesceret: dixit ei. Non video
ꝙ prudenter egeritis. Qñ pro
aliquo breui tp̄e iuistis ad tale
vel tale castellum sp̄ p̄misistis
famulos qui de necessariȷ̄s pro
uiderent. Nunc aūt vbi in perpe
tuum mansur⁹ estis nichil pre=
misistis. Vere hoc non est sapiē
tia:sed stulticia ꝛ demētia ma=
xima. ¶ Itē parat⁹ esse dꝫ quilꝫ
ad mortem sicut seru⁹ dño suo
rōnem redditurus. Qñ recepto
res dñoꝝ hñt rōnem reddere d̄
receptis ꝛ sibi ꝯmissis cum ma=
gna sollicitudine precogitant:
vigilant:scribunt:singula de q̄
bus hñt reddere rationem. Ne
si deficiant minus fideles repu
tentur:ꝯfusionem habeant:ac
etiam puniātur. ꝙtomagis sol
liciti esse debem⁹ vt semper pa
rati simus etno dño rōnē red=
dere qui nescim⁹ qñ veniat dñs
hanc rationē a nobis exactur⁹
Nota parabolaꝫ illam Math.
xxv. hō quidam peregre profici
scens vo.ser.s.et tra.il.bo.s.ꝛc̄.
Post mltū ꝟo tp̄is venit dñs ser.
il.et po.ra.cū eis. Nota ibi quō
boni et fideles serui remunera
ti sunt. seru⁹ ꝟo malus ꝛ piger
reprobatus et eiectus in tene=
bras exteriores Et luce.xvi. Pr̄
familias vocauit villicū.d. Red
de rationem villicationis tue.
ꝛc̄. Ibi nota quō villic⁹ sibi pru=
denter prouidit fm prudentiaꝫ
mundanā. et laudauit dñs villi
cū iniquitatis quia ita pruden=
ter fecisset nō quia iniquitatem
approbet dñs/sꝫ illi⁹ prouiden=
tiā cōmendauit.q.d. Si ille ita
prudenter ꝓuidit circa tp̄alia
et trāsitoria:ꝙtomagis nos pro
uidere debemus circa spūalia ꝛ
eterna. Vñ et dñs subdit. Faci=

ke vobis amicos de mammona iniqtatis. ꝛc. Unicuiqꝫ qppe nostrū dicturus est dñs (nescimus qñ) Redde rationē villicatiōs tue. De quibus autē sit rō reddēda dicet̃ inferius. ¶ Itē paratus esse ꝺꝫ vnusqsqꝫ ad mortē sicut ad nuptias ꝓfectur⁹. Dꝫ em̄ qlibet fidelis aīa se patā sēper custodire vt dño xpō sponso suo placeat qui vēturus ē cito. Un̄ ipse dicit apocal. vlt: Ecce venio cito cito inqȝ ꝛ hora q̄ nescit̃. Unde math. xxv: Media nocte clamor fact⁹ est ecce spōs⁹ venit media nocte. i. ex iprouiso. Dꝫ ḡ fidelis aīa sēper eē pata vt cū sponso dño introducatur ī celestes nuptias: Apocal. xix. Uenerunt nuptie agni ꝛ vxor eius preparauit se. Et math xxv. Uenit sponsus et q̄ parate erant itrauerunt cuꝫ eo ad nuptias et clausa est ianua scꝫ fatuis nouissime venientibus et cōgruo tp̄e scꝫ in aduentu spōsi siue in hora mortis non paratis / et dictū est eis. Nescio vos O q̄tus dolor / q̄ta angustia: q̄ta desolatio: his qui mortis tēpore improuisi reperiuntur.

Ptꝫ igitur q̄ periculosus est: mortis transit⁹ ꝓpter talē icertitudinē immo oīmodā ignorātiā diei et hore mortis: ꝓpt̃ qđ vtā tā graui piculo caueamus nos hortat̃ dñs. Math. xxv. d. Uigilate itaqꝫ qr nescitis diem neqꝫ horaꝫ. ¶ Scđa est incertitudo localis. Incertus enīꝫ est hō vbi sit moritur⁹: in tra vl' in mari: in domo vl' extra. Nescit omīno miser hō q̄ in loco mors sit eū inuasura. Inte' qppe angustias mortis solet hoc reputari in magnū solatiū cuꝫ q̄s inter parētes ꝓpinquos ꝛ domesticos in lectulo recubans nature debitū soluit: sed heu hoc null⁹ certum tenere pōt. Premeditati sūnt multi mori ī domoꝝ ꝛ mortui sunt extra. mori ī ter suos ꝛ mortui sūt int̃ extraneos. Uiderunt multi lucida exempla et experimēta alios: vꝫ suspensos in patibulo / alios ꝯbustos / alios confixos palo / alios submersos in aqua / alios in via morte subita extinctos: alios truncatis capitibus vitā finire: alios varijs in locis et varijs casibus extremam clausisse horam. Et omībus his lōge aliud q̄ sperabant euenit. Quid igitur nobis faciendum est nisi tam periculosum mort̃ transitum tam incertū et ignotuꝫ timere exēplo alioꝝ. Felix em̄ quē faciūt aliena pericula cautum. Fac igr̄ o miser homo mortalis fac qđ señ. ad lu. scribit. Incertū est q̄ loco te mors expectat. tu itaqꝫ eam in omni loco expectabis. ¶ Tertia est incertitudo modalis. Nescis em̄ quō moritur⁹ sis. an ī statu pnie vl' culpe: an morte subitanea vel violēta: aut natuali: an ꝯtrit⁹ vel indurat⁹. ꝓuisus vel iprouisus. Pōderanda qppe multomagꝫ est ista incertitudo modi ꝛ cōditōis mortis q̄ icertitudo tp̄is aut loci. Non enīꝫ multū nobis curādū eēt qñ vel vbi moreremur: dummodo certi essemus ꝛ securi quō moreremur. Sꝫ heu sicut dicit̃ eccl̃stes ix. Oīa in futuro seruant̃ incerta. Premeditati sūnt mlti mori loqntes et confessi qui mortui

sũt lingue vsu puati: mori penitentes qui mortui sũt obstinati. mori in statu gr̃e qui mortui sũt in statu mortalis culpe. Reuera ex hoc appar et q̃ periculosꝰ mortis trãsitꝰ et ex hoc mlt̃ tũ nobis timẽdũ est: qꝛ nescimꝰ an bene vel male moriemur.
Nichil ita timẽduz: ita cauẽdũ sicut male mori. Nichil ita desiderandũ ita necessarium vnicuiq; sicut bene mori. Ut ergo vnusquisq; tandem bene moriatur: nc̃e est vt bene viuat. Impossibile autem saltem valde difficile est male viuere et bene mori Un̄ in cõi puerbio dr̃. Ex bona vita bonus finis. ex mala vero vita malus finis. Un̄ ptz q̃ si q̇s vult bn̄ mori: nc̃e ẽ ei vt pmo studeat bn̄ viuere. Ubi notandum est exẽplum. Erat quidam mercator qui transiens per siluaz iuenit heremitã cẽtenarium degẽtem. a quo q̃siuit q̇d ibi faceret. Cui hẽmita. Disco mori. Et mercator. Que ẽ (ait) necessitas: cum tu sis senex qꝛ etiaz velis nolis oꝫ te cito mori. Et heremita. Et hoc ẽ qđ timeo qꝛ scio me cito moriturum: ⁊ tñ nescio mori. Dixit ergo mercator Quid ẽ ḡ scire mori? Cui heremita. Uicia purgare. diligẽter et prudent̃ cauere: ⁊ bona opa toto cordis affectu facere. Iuxta illđ. Declina a malo ⁊ fac bonuz. O q̃ fatui sũt ⁊ q̃ ḡui periculo se exponũt q̇ male viuũt ⁊ sperãt bene mori. sic̃es balaam qui male viuebat et tñ dicebat Nũeri. xxiij. Moriat̃ aĩa mea morte iustoꝝ: ⁊ fiant nouissima mea hoꝝ silia. Ex predictis itaq; luculenter apparet q̃ periculosus ẽ mortꝫ trãsitꝰ ppt̃ icertitudinẽ ⁊ igñrãtiã tpis loci ⁊ ꝯditionis superuẽture mortꝫ. O q̃ excecati: q̃ fatui: q̃ ḡui aĩarũ picl'o se exponũt q̇ sperãt diu viuere in futuro. Nã sicut dr̃ Ja. iiij. Ignoratꝭ q̇d sit vobis i crastinũ q̇ ẽ em̄ vita vr̃a: vapor ẽ ad modicũ parẽs ⁊ deide exterminabit̃. O mirabilis igit̃ mortaliũ execatio Nã vt scribit hieroꝰ ad gerũchiã Nẽo ẽ tã fractꝭ viribꝰ ac tã decrepite senectutꝭ vt nõ se putet ad huc vnũ ãnũ supuicturũ esse. vn̄ surrepit obliuio ꝯditõis sue vt frenũ aĩal iã isq; soluẽdũ erigat̃ in supbiam et aĩo celũ teneat hec ille. Cõcutiant̃ igr̃ timore oĩz mortaliũ mẽtes apiant̃ ocl'i cognoscamꝰ scl'i vanitatẽ. vite huiꝰ miŝabilẽ labilitatẽ. istabilitatem. calamitatem. breuitatem et incertum finem.

Secũdo piculosissimꝰ ẽ mortis trãsitꝰ ⁊ mirabilr̃ timẽdꝰ ppt̃ diuine iusticie rectitudinẽ. De q̃ dr̃. ps. Iustꝰ es dñe ⁊ rectum iudiciũ? Certũ est dilectissimi qꝛ nõ nisi per miaz saluat̃ aliq̇s Quis aũt certꝰ si diuina mia dignꝰ ẽ? Certe nẽo. Cũ dicat sap. eccl'stes. ix. Sunt iusti atq; sapiẽtes ⁊ opera eoꝝ i manu dei: ⁊ tñ nescit hõ vtrũ amore an odio dignus sit. Nobis ḡ valde ptimescẽdũ ẽ ne sm̃ diuinũ iudiciũ rectissimũ q̇dẽ sꝫ sepe nob̃ ignotuz et occultuz: q̃m maxime erit nob̃ necessaria diuina mia scꝫ in hora mortꝭ indigni inueniamur ea. At q̃ q̃ oĩbus hoc gñaliter timẽduz sit ⁊ oĩbꝰ in hoc ḡuissimũ sit aĩe periculũ: sp̃alr̃ tñ ⁊ ãpliꝰ imminet

Exm̃ de mercatore

Senec. mori

Misericordia misericordibus promittit



in hoc piculū his q̄ circa miaȝ
offenderāt ⁊ male se habuerunt
Oio em̄ indignus mia eē videt̄
qui miaȝ offēdit. ¶ Tripl'r aūt
efficiuntur m'lti mia indigni qꝛ
misericordiaȝ offenderāt ⁊ circa
eam male se habuerunt.

Primo qꝛ in seipsis misericor-
diam non habuerunt

Secundo qꝛ de dei misericor-
dia nimis presumpserunt.

Tercio dei qꝛ miaȝ ɔtēpserūt.

Prio quidā in morte inueniun
tur indigni mia / qꝛ miaȝ nō ha
buerāt. Mia em̄ solis misericor
dib⁹ pmittit̄ Math.v. Bti mi-
sicordes qm̄ ipsi miaȝ ɔseqn̄t.
At ɔtra de imisicorde dr̄. Ja.ij
Judiciū sine mia fiet ei q̄ nō fe
cerit miam. Pōt aūt aliqs dici
immisicors aut sine mia spāl'r
trib⁹ modis. Prio p negatiōeȝ
remissiōis. qꝛ scȝ nō vult remit
tere alt̄i qui eū offēdit. de q̄ dr̄
eccī.xxviij. hō hoi seruat irā ⁊
a deo q̄rit medelā. In hoieȝ si-
bi silem nō hȝ miaȝ ⁊ depcat̄ p
pctis suis.q.di frustra depcat̄
Jō ibid dr̄. Relinq̄ pximo nocēti
te ⁊ tūc depcāti tibi pctā soluē
tur. Nota hic silitudinē illā si
ue pabolaȝ de hoie rege q̄ volu
it rōnē ponere cuȝ seruis suis q̄
hr̄ Math.xviij. hic siq̄dē rex ser
uo multa debēti hūiliter tn̄ ro
gāti dimisit vniuersū debitum.
Sȝ qꝛ seru⁹ ille noluit cōseruo
suo dimittē aliq̄d modicū qđ ei
debebat imo tenēs suffocabat
eū dicēs. Redde qđ debes. Et lȝ
ille cōseru⁹ pcidēs humilit̄ ro
garet noluit tn̄ dimittē. Idcir-
co cū hoc audissȝ dn̄s rex / voca
uit illū et ait. Serue neq̄: om̄e
debitum dimisi tibi qm̄ rogasti
me. Nōne ḡ oportuit ⁊ te mise-
reri ɔserui tui / sicut ⁊ ego tui mi
sertus sū. Et iratus dn̄s tradidit
eū tortorib⁹.⁊c̄. sequitur. Sic pa
ter me⁹ celestis faciet vobis si
nō remiseritis vnusq̄sq; fratri
suo de cordib⁹ vr̄is. Qui enīȝ
nō vult misericordit̄ dimittere
pximo iniuriaȝ sibi factā silis
est ei q̄ frangit pontē p quē ipe
necessario hȝ transire aut al's
irremediabil'r perire. Vn̄ patȝ
magna eius fatuitas. frangit
em̄ ponteȝ mie: p quē oȝ eū ne
cessario trāsire aut in infernū
perire. Vn̄ non vult dn̄s q̄ ab
eo petamus remissioneȝ nr̄oꝝ
pctōꝝ nisi eo modo sicut pxi-
mis q̄ nos offenderāt dimittim⁹
Uult em̄ vt dicam⁹. pr̄: dimit-
te nobis debita nr̄a sicut ⁊ nos
dimittimus debitorib⁹ nr̄is.
Scđo per puatione ɔpassionis
respectu paupeꝝ. Nā sicut dr̄
i.Jo.iij. Qui habuerit substan
tiam mūdi hui⁹ ⁊ viderit frem̄
suum necessitatē hr̄e ⁊ clause-
rit viscera sua ab eo: quō cari
tas dei manet in illo: q.d. nul
lo mō. Profecto satis apparet
qꝛ nō est ille dign⁹ q̄ sibi fiat
mia i elargitiōe spūaliuȝ ⁊ eter
noꝝ: q̄ nec terrena ⁊ tpālia vo-
luit pp̄ deum misicordit̄ elar-
giri. Jō dr̄ puer.xxi. Qui obtu
rat aurē suaȝ ad clamorē pau
peris ⁊ ipe q̄q; ad deum clama
bit ⁊ non exaudiet̄. Nota exm̄
lu.xvi. de diuite epulone q̄ nec
vnicā aque guttaȝ valuit im-
petrare: qꝛ lazaro non volue-
rat miam exhibere. Est etiā il
lud diligent̄ aduertēduȝ et in
aio ponderāduȝ q̄ sicut habet̄
math.xxv. In diuino iudicio re

probi spaľr arguenť ꝛ increpa
buntur qꝛ miam non fecerͭ.qꝛ
dicet eis rex eternus.Jte male
dicti ꝛc̄.Esuriui em̄ et non dedi=
stis michi mādučare ꝛc̄.Tertio
per contrariationem oppositi=
onis:qꝛ scꝫ facit q̄s aliq̄d ꝯtrari
um mie puta vsuras exercēdo
q̄ð est op⁹ maxime ꝯtrariū mie
ꝛ ēt ꝯ̄itati.mie qꝛ vsurarius ac
cipit ab eo cui magis dare de=
beret:scꝫ ab eo qui est in neces
sitate ꝯstitut⁹veritati qꝛ cuꝫ ꝓ
ximum ǭuet et excoriet ðt tn̄
se ei facere bonitatem et miaꝫ
Unde taľs maxime indign⁹ est
mia.Jtem mercedem pauperū
mercēnarioꝛuꝫ retinendo aut
differendo vľ diminuendo.q̄ð ē
etiā op⁹ maxime ꝯtrariuꝫ mie
Jō ðr eccl̄i.xxxiiij.Qui defrau=
dat mercedē mercēnarij ꝛ q̄ ef=
fundit sanguinē fr̄es sunt:Jteꝫ
nouas exactiones iueniēdo q̄
bus scꝫ paupes opprimunť.de
q̄ nota illud ozee.ix.Propter
maliciā adinuētionū eoꝝ ð do
mo mea eijciā eos n̄ addā vt di
ligā eos.Pēsa q̄ꝫ tribilis ē hec
dei ꝯminatio q̄ꝫ ꝯminať se eijcē
tales de domo sua ꝛc̄.Un̄ ibidē
paulo an̄.Ue eis cuꝫ recessero
ab eis.Nec em̄ sunt digni mia
q̄ faciunt op⁹ tā ꝯtrarium mie.
Si vis aūt gn̄aľr dicere dicas
gn̄aľr aliq̄d ꝯtrarium mie fieri
cū q̄s accipit ab eo cui magis de
beret dare vel retinet illud q̄ð
alťi ꝑtinet.Nec solū ē hoc op⁹
mie ꝯtrarium sed etiaꝫ iusticie
¶ Scðo q̄dā in morte inueniun
tur indigni mia:qꝛ de dei mia
nimis p̄sumpserunt.Tales em̄
abutunť diuina mia:iō iustissio
dei iudicio ꝑuādi sūt ea.Tales
em̄ eo q̄ mia diuina diu eos ex
pectat expectauit ꝛ nō statim
per iusticiaꝫ puniunť:iō liberi
us peccant.Eccl̄es.viij.Eo q̄
non cito ꝯtra malos ꝓferť snia
filij hoim absq̄ꝫ vllo timoꝛe per
petrant mala.Et aug.li.iiij.de
doctri.xp̄ia.Plerosq̄ꝫ incredu=
los misericoꝛs dei patiētia lō=
ga peccare facit intrepidos qꝛ
deum non arbitrantur pctōꝛuꝫ
suoꝝ vltoꝛem.Tales itaq̄ꝫ qꝛ
mia dei turpiter abutuntur:et
q̄si ex dina mia se armāt ad pu
gnandum ꝯtra deum et ex ip̄a
sumunt occasionē peccādi ꝛ ꝑse
uerādi in pctis temerariaꝫ au
daciā iō iuste se reddūt indig̊s
illa mia:qꝛ etiam s̄m leges hu
manas q̄ abutiť aliq̄ ꝓ̇uilegio
ius amittit sui ꝓ̇uilegij.Tales
itaq̄ꝫ m̄ľtū tiere dn̄t ne in hoꝛa
mortꝭ qn̄ esset eis mia ꝑnecessa
ria miam amittant ꝛ inueniāt
vīdictā ꝛ irā dei.Juxta illð Ro
ij.An ignoꝛas q̄m benignitas
dei ad pn̄iam te adducit:beni
gnitas scꝫ ꝑ quaꝫ mi̅sicorditer
te expectat.sequitur.Tu aūt s̄m
duriciaꝫ tuā ꝛ ipenitēs coꝛ tuū
quo sclꝫ ꝑseueras i pctō nimis
de dei benignitate p̄sumēs/the
saurizas tibi iraꝫ i die ire ꝛ re
uelatiōis iudicij iusti dei q̄ red
det vnicuiq̄ꝫ s̄m opa ei⁹:hec si
quidē p̄sumptio vt dicit.bon̄.ꝛ
iaꝫ etiā ex dictis pꝫ nasciť de i
punitate totum scꝫ dans diuie
mie auferēs ei oino rigoꝛē iu=
sticie et est pctm̄ i spm̄ sctm̄ qꝛ
claudit viā ad grāꝫ:ꝛ viā ad cul
pā apit hec bon̄.Prouenit ꝗ ta
p̄sumptio dānabilis ex defectu
ꝯsiderādi diuinaꝫ iusticiā:q̄
aūt dei iusticiā obliuiscit,iuste

timen deū miam cōsequet



illi⁹ obliuiscit̄ diuina mia. Greg.
in moral. Oipotēt3 dei mia illi
us obliuiscit̄ q̄ oipotēt3 dei iu=
sticie fuerit oblitus: qꝛ miseri=
cordem deum inuenire non po
terit qui eum iustum nō timet.
hec ille. per obliuionez quip=
pe diuine iusticie: amittit̄ tioꝛ
dei. Jō talis p̄sumptio excludit
dei timorē ꝑpter qḋ iuste icur
rit mie diuine p̄uationē. qꝛ dei
mia ꝑmittit̄ solis timentib⁹ de
um. Juxta illḋ lu. i. Mia ei⁹ a ꝑ
genie in ꝑgenies timētib⁹ euz
Et. ps̄. Qm̄ ſm altitudinē celi
a terra corroborauit miaz suā
super timētes se. Jdē. Quō mi=
set̄ pater filioꝝ misert⁹ est dn̄s
timētibus se Jdē. Mia autē dn̄i
ab eterno et vsqꝫ in eternuz su
per timētes eū. Pz igit̄ quoniā
mia dei maxima ē: nō tn̄ oibus.
s3 quibus ꝛ timētib⁹ eum. O igr̄
dānabilis et maledicta p̄sum
ptio que diuina mia sic abutit̄
ꝙ diuinū tiorē excludit. Certe
sic p̄sumētes ꝛ diuina mia abu
tentes i magno sūt ꝑiculo ꝙ in
digni dei mia reperiant̄ i mor=
te. Discamus igit̄ oēs tiere de=
u3 qn̄ viuim⁹ vt digni gr̄a ꝛ mia
atqꝫ bn̄dictiōe dei effici merea=
mur: qꝛ sicut dr̄ ecc̄. i. Timenti
deū bn̄ erit in extremis ꝛ in die
defūctiōis sue bn̄dicet̄. ¶ Ter=
cio. quidā in morte inueniūt̄ in
digni mia / qꝛ dei miam ꝯtēpse
rūt. miaz sc3 dei reuocātis eos
ad pniaz Mag̃. q̄ppe est illa dei
mia qua q̄slibet peccatores re
uocat ꝛ recipit in gr̄az si reuer
ti voluerint hiere. iij. Reuerte
re ad me et ego suscipiam te
S3 multi hāc miam contēpnūt
nolētes ad deū redire sed poti⁹
de pctō in pctm̄ corruunt: ꝛ quo
ampli⁹ peccauerunt eo ampli=
us ad deum se ꝯuertere ꝯten=
pnūt: qꝛ vt dr̄ ꝑuer. xviij. Jmpi
us cū in ꝑfundū pctōꝝ venerit
cōtennit. Jdcirco iusto dei iu=
dicio in fine a deo cōtēnit̄ vt i=
dign⁹ mia. Juxta illḋ ysa. xxxiij
Ue q̄ spnis nonne ꝛ ipse spneris
Tribus itaqꝫ dicet dn̄s illud ꝑ
uerb. i. Uocaui vos et renuistis
extendi manuum meam et non
fuit qui aspiceret: despexist3 oē
consiliū meuz / et increpatiōes
meas neglexistis. Ego q̄qꝫ in i=
teritu vr̄o ridebo et subsānabo
cu3 vobis qḋ timebatis accide=
rit cu3 irruerit repentina cala
mitas ꝛ interitus q̄si tēpestas i
gruerit. cu3 venerit sup vos tri
bulatio et angustia ꝛc̄. Pz igit̄
q̄̄ g̃ui ꝑiculo se exponunt q̄ diui
nam miam eos tā multiplr̄ re=
uocātē contēpnūt ꝛ ad deū redi
re negligūt: tales em̄ iusto dei
iudicio dei mia p̄uādi sūt ꝛ dei
vindicta sup eos exercēda. eccī
v. Ne tardes conuerti ad dn̄3 ꝛ
ne differas de die in diē: subito
em̄ veniet ira illi⁹ ꝛ in tp̄e vin=
dicte disꝑdet te. Justū est em̄ vt
q̄ miam sibi oblatam a deo ipm
vocāte ꝯtēnit: mia etia3 elōget̄
ab eo. Juxta illḋ ps̄. Noluit bn̄
dictionem et elongabit̄ ab eo.

Tertio periculosissimus ē
mortis transitus et valde
pertimescendus ꝑpter impedi
mētoꝝ mltitudinē q̄ sc3 ipedi=
unt verā pniam ꝛ cōuersionem
pctōris Aug. Penitētia in mor
te satis ꝑiculosa est. qꝛ nō inue
nit̄ in sacra scriptura nisi vnus
sc3 latro q̄ in fine vere penituit
Jlle vt nullus desperet. sol⁹ vt

de penitētia in mortis articulo



nullus presumat. qr in hoīe sa-
no pñia est sana: in infirmo īfir
ma in mortuo mortua. Hec au.
¶ Cū aūt plīma ⁊ varia sint i
pedimēta vere pñie in mortis
articlo duodecim tñ pncipalia
esse videntr. ¶ Primū est carita
tis priuatio qr scz talis pñia vt
frequenter est caritate puata
non em̄ videtur fieri ex carita-
te. Ad hoc quippe ꝙ pñia ⁊ pec
catoꝝ displicentia sit deo gra
ta nc̄e est ꝙ ex amore fiat: et
ꝑꝑ deum. Uñ aug. de pñia dist.
vij. c. Nullus. Scriptum est (in
quit) nemīnem absqꝫ caritate
posse saluari. Oꝫ itaqꝫ non so-
lum timere deūz iudicē: sꝫ etiā
oꝫ diligē iustū: vt nō tm̄ penam
tieat sꝫ etiā anxiet p glīa. Hec
ille. Cūz ḡ in extremitate vite
tiore magis q̄ amore ducatr qs
ad pñiam piculosissimūz ē tps
illō expectare. ⁊ difficille ē tūc
vere ꝯuerti ad deum. Uñ albtꝰ
magnꝰ. Raro est ꝙ aliquis ex a
more in fine vite sue peniteat.
Hec ille. Non est. n. verisilē ꝙ
ipenitens vsqꝫ ad extremū tūc
peniterꝫ nisi penā iminē cerne
ret. Non facile vr quō tūc deū
sup oīa pmo diligat. Si. n. fur
a iusto iudice captꝰ eo ꝙ sepiꝰ
sine emēdatiōe recidiuasset et
iudicatꝰ peteret veniā emēda-
tionē pmittēs: non vr ꝙ talis
hoc faceret amore iustitie sed
timore pene. Sic est de pctōre
in extremis cōstituto. Item si
q̄s cordialis āglicꝰ i regno frā
cie manēs captꝰ eēt a rege frā
cie eo ꝙ ꝯtra regnū frācie ali-
qd fecissꝫ: nō vr quō tunc talis
diligeret plꝰ regē frācie q̄ pa-
triā ꝓpam et amicos. Per hūc
pditorez captum intelligr pec
cator infirmꝰ qui cordialr sem
per inimico xp̄i fuiuit. Jō di. au
gu. de pe. di. vij. Si quis positꝰ
in vltima nc̄itate voluerit acci
pere pñiam: fateor illi non ne-
gamꝰ qd petit. pñiam dare pos
sumus: securitatez vo nō. Nō
dico dānabitr: sꝫ nec dico salua
bitur. Uis ḡ a dubio libari: A-
ge pñiam dū sanus es. Si sic a-
gis: dico tibi ꝙ securus es. qr
pñiam egisti eo tpre q̄ peccare
potuisti. Si vis agere pñiam qñ
peccare nō potes: pctā te dimi
serūt: nō tu illa. Hec ille. Q̄z nō
sufficiat pñia ex tiore pene hr
notabile exm̄. ij. macha. ix. De
anthioco qui ex horrore pene
quam iaz sustinebat ⁊ ex timo
re gñuioris pene quaz timebat
doluit de pctis. recognouit se
offēdisse. emēdatiōem: satisfa-
ctionē: et restitutionē pmisit:
nec tñ erat misāz ꝯsecuturꝰ. qr
nō ex caritate ⁊ amore sꝫ ex ti
more hoc faciebat. vide ibi.
¶ Scdm impedimētū est grāz
ꝯsūptio. Cū. n. pctōr caritatez
⁊ grāz ḡtū facientē p pctm̄ mor
tale pdiderit cōtinuo grē ḡtis
date minuūtur p ꝯtinuationē
pcti. Inter aūt grās gratis da
tas q̄ preseruare pñt a pctō aut
etiā retrahere. ⁊ q̄ per ꝯtinua-
tiōez pctōꝝ ꝯtinue diminuūtur
videtr eē tres pncipales. Pria
est timor seruilis. De q̄ dicit bs
bon. in. iij. li. di. xxxiiij. ꝙ ille ti
mor est donuz spūsscti. donū. s.
ḡtis datū. qr vt di. aug. que al-
legat ibi ō magr in lr̄a. Bonꝰ ē
timor seruilis ⁊ vtilis per quē fit
paulatiꝫ ꝯsuetudo iustitie. Cō
sumitr aūt tior iste p ꝯtinuatio

nē pcti. Jō de pctōrib⁹ assuetis
dicit ps̄. Nō est tior dei añ ocu
los eoꝝ neq͛ filialis neq͛ seruī-
lis. qꝛ sicut dr̄ puer. ij. de aliq̄-
b⁹. Letātur cuꝫ male fecerit r
exultāt in reb⁹ pessimis. q̄ꝝ vie
peruerse. rc. Perpetrāt quippe
multi mala letātes r gl'iantes
ridētes r puipendētes tribilia
iudicia dei. Et si qñ audiunt ꝯ-
minātē irā dei vl' indignatōēꝫ
vr̄ eis audire somniuꝫ vl' fabu
laꝫ. O fatuitas irrisibilis. O p̄
sumptio detestabil'. O abomia
tio ꝓrsus dānabilis non time
re deum. Pēsate qꝛ periere i di
luuio gygātes qꝛ timere deuꝫ
noluerī. Perierunt sodomite:
qꝛ timere deuꝫ noluerunt. Fla
gellati sunt ples filij isrl': qꝛ ti-
mere deum noluerī. Niniuite
ꝟo periculum subuersiōis eua
serunt: qꝛ ad p̄dicationeꝫ ione
deuꝫ timuerī r per timorē dñi
pñiam egerī: r ad cor redierī.
Juxta illō eccī. xxi. Qui timet
deum cōuertetur ad cor. Et ꝓ-
uer. xiiij. Sapiēs timet r decli
nat a malo: stult⁹ trāsilit r ꝯfi
dit. Certū est itaq͛ ꝙ vbi nō est
dei timor nō pōt esse pñia nec
iustificatio a pctis. Eccī. i. Ti-
mor dñi expellit pctm̄. nā q̄ sñ
tiore est nō poterit iustificari.
Scōa grā ḡtis data retrahens
aut cauens a pctō. est ꝟecūdia
spūalis. De q̄ di. b. super cā. Ue
recūdia spūalis glia ꝯscie ē fa
me custos: vite dec⁹. sedes ꝟtu
tuꝫ: laus nature: insigne toti⁹
honesti. Hec ille. Uñ cū talis ve
recūdia sit bona r vtilis mani
festuꝫ ē eā eē donū ḡtuitū. Mi
nuit itaq͛ aut ēt aliñ total'r cō-
sumit hec ꝟecūdia ex ꝯtinuati
oñe seu ꝑseuerātia in pctis. Jō
anime peccatrici di. dñs hier.
iij. Frōs mlīeris meretricis fa
cta est tibi: noluisti erubescer.
O ꝓth dolor. Pudibūduꝫ est di
cere q̄t et q̄ta fiunt his t̄pibus
inuerecūde r impudent' elata
facie r cuꝫ derisione r ꝯtemptu
dei. Non erubescunt hoīes de
prauati publice blasphemare:
ꝑiurare: rape: feneraī: adulta
ri: fornicari: lasciua r turpia ꝟ
ba dicē: immo r cātare: ihone-
sta vestimēta p̄cipue mulieres
deferre: pect⁹: colla: brachia-
q͛ nudātes. Cōtra tales impu-
dētes dr̄ hier. vi. Cōfusi sūt qꝛ
abominationē fecerī. q̄nimo ꝯ
fusiōe nō sunt ꝯfusi et erubescē
nescierī. O impudētia r inuere
cundia dānabilis nō erubescē
offēdisse dñm maiestatis corā
oclis suis. O ꝟe ꝯtēpt⁹ ꝓrsus i
excusabilis. Amittit aūt ꝟecū
dia et efficitur aliq̄s iuerecūd⁹
r effrōs ex pctōꝝ ꝯtinuatiōe. si-
cut appareꝫ de mētricib⁹ r mlī
tis alijs. Planum est aūt ꝙ vbi
deficit talis ꝟecundia ñ pōt fie
ri pñia de ꝯmisso pctō. Unō dñs
volēs inducere adā ad pñiam
cuꝫ iā nuditate erubesceret et
vellet se a facie dñi abscōdere
vt sibi ꝟecūdiā inferret: d pctō
ꝯmisso. vocauit eū di. Adā vbi
es: geñ. iij. q. di. Uide in q̄ vili
statu posit⁹ es. Itē apō. ij. ange
lo ephesi. q̄ p̄maꝫ caritatē reliq̄
rat dr̄ Memor esto itaq͛ vñ exci
derꝫ. i. a q̄ta dignitate. vñ eru
bescē dēs. r seq̄t. r age pñiam.
Tercia grā ḡtꝫ data r̄trahēs r
cauēs a pctō est illustratio mē
tis. s. p fidei noticiā p quā cre
dit pctōr ꝙ diuine boītati dis-

plicet omne peccatum sic ꝙ a
diuina iusticia nullo modo di=
mittitur inultum. De qua fide
dr̄ puer. xv. Per fidem purgan
tur peccata: ⁊ act. xv. Fide pu=
rificans corda. Item est talis
illustratio mentalis per cordis
ꝯsciam. Vn̄ dicit doctor subti=
lis in ij sen̄. di. xxxix. ꝙ consci
entia pertinet ad rōnem et in=
tellectum. qd̄ pbat ex actibus
consciētie qui sunt testificare
accusare iudicare: q̄ oia perti
nent ad intellectū. Vn̄ ꝯscia po
test poni habit⁹ ꝯclusionis pra
tice ſm cuius actum nata est
ꝯformari electio recta in agi=
bilibus: sicut et sinderesis pōt
poni habit⁹ p̄ncipioꝝ qui sem=
per est rectus. hec scotus. Vnd̄
Consciã patet ꝙ ꝯscientia est quedam
illustratio intellectus ostendens
quid faciendum et quid fugien
dum quid approbandum et q̄d
detestandum. Item est talis il=
lustratio mentalis per prece=
ptorum intelligentiam. Unde
di. ps. Lex domini immacula=
ta conuertens aīas te. do. fi. sa.
pre. var. Lex ḡ diuina q̄ sapien
tiam prestat mentez illumiat.
Idem. Preceptum dn̄i lucidū
illuminans oculos. hec autem
mentalis illustratio denigrat
⁊ obscuratur ex perseuerantia
peccatoꝝ. Lumen enim fidei
debilitatur et forte in plerisq̄
adeo extiguit vt neq̄ credant
bonorum p̄mia nec maloꝝ sup
plicia. Lumen ꝯscientie obscu
ratur et sopitur ex peccatoris
inordinato affectu. q2 vt dicit
sen̄. Perit oē iudicium cū res
transit in affectum. Lumen ēt
legis diuine extinguitur per
oblivionem et inconsideratio
nem aut etiam falsam interp̄=
tationem. puta opinando dei
precepta non esse tante neces=
sitatis vel eoꝝ transgressiōes
non tam ḡuiter esse puniēdas.
Q2 vt dicit crisosto. Nimius
amor et nimium odium omne
peruertunt iudicium. Et sic a=
mor ⁊ et delectatio pcti q̄ causa
tur ex lōga perseuerantia in
peccato est causa male sentiē=
di de diuinis p̄cept. Sic igr̄ cū
per peccata diminuant et ple=
rumq̄ extingantur ista huma=
ne mentis luminaria remanet
mens execata. Iuxta illud so=
pho. primo. Ambulabunt vt ce
ci quia dn̄o peccauert. Et sap̄.
ij. Excecauit illos malicia eo=
rū. O q̄ȝ miserabilis execatio
q̄ȝ periculosa peccatoꝝ ꝯditio.
nec tn̄ aduertunt pericula: q2
ceci sunt. q2 vt dicit augu. lib.
de natura ⁊ gr̄a. Preuaricato
rem diuine legis lux deserit vi
tatis q̄ desertus fit vtiq̄ cecus
Sic es sunt tales ione ppt cui⁹
pctm̄ nauis periclitabatur et
tamen ipe in interioribus na=
uis dormiebat sopore ḡui. Io=
ne. i. Iuxta hoc etiam dr̄ ꝓuer
bio. xxiij. Eris q̄si dormiens in
medio mari et quasi sopit⁹ gu
bernator amisso clauo. ⁊c̄. O
periculosa ⁊ damnabilis som=
nolentia q̄ sic pctōrem execat
vt videre nullatenus possit q̄
vadat. Propter qd̄ dr̄ prouerb.
iiij. Via impioꝝ tenebrosa: ne=
sciunt vbi corruūt. Nota figu=
ram. iiij. Reg. xxv. de sedechia
qui captus a nabugod. execa=
tus et victus cathenis ductus
est in babilonem. Sic et mise=
figura

ri pctõres in babilonem: id est ꝯfusionem damnatiõis eťne du cuntur excecati qꝛ nec añ se vi dent mortē scꝫ ⁊ futurum iudi= cium nec post se p̃terita pctã: neqꝫ a dextris dei bñficia: neqꝫ a sinistris insidias dyaboli: ne= qꝫ sursum gaudia paradisi: neqꝫ deorsum penas inferni. Pla= nũ est aũt ꝙ sine spũali illustra tione non põt q̃s facē pñiam de pctis. Penitentia em̃ est actus voluntatis. oĩs aũt act⁹ volũta tis ex aliqua cognitione ꝓcedit qꝛ vt dt aug. li. de tri. voluntas oritur ex intelligẽtia. Jõ hiere. ij. dr̃ aie peccatrici. Uide vias tuas in ꝯualle scito quid feceris hoc aũt ei dr̃ vt per talē ꝯside= ratione induceret ad pñiaꝫ. Uñ pꝫ ꝙ cum per pcti ꝯtinuationeꝫ aia sit excecata nimis difficile est ei per veram pñiam ad dñm ꝯuerti. O igr̃ q̃ꝫ periculosuꝫ est pñiam differre vsqꝫ in articl'm mortis. Cum em̃ dũ viueret ita fuerit excecat⁹ vt deum non co gnosceret neqꝫ dei p̃cepta et di= uina iudicia cõsiderare vellet: iusto dei iudicio plerumqꝫ ꝯtin git vt in mortis articl'o per am pli⁹ excecat⁹ prop̃e aie saluti minime ꝓuideat: qꝛ sicut dicit aug. ser. de innocẽtib⁹ hac aia ad uersione percutit pctõr vt mori ens obliuiscatur sui qui dũ viue ret oblitus est dei. Diximus igit q̃liter ex perseuerãtia ⁊ ꝯtinua tione pctoꝝ ꝯtinue ꝯsumunt p̃= dicte gr̃e gratis date q̃ sunt et retractiue ⁊ p̃seruatiue a pctõ. Iste tñ gr̃e multo ampli⁹ minu= untur debilitant vel ꝯsumũtur in articulo mortis q̃ꝫ tp̃e sanita tis. Jõ dr̃ eccĩstes. xij. Memento creatoris tui in dieb⁹ iuuentu tis tue. añq̃ꝫ veniant dies affli= ctionis ⁊ anni de quib⁹ dicas. nõ mihi placent. añq̃ꝫ scꝫ in extre= mis tenebrescat sol. i. intelligẽ tia fidei / ⁊ lumen. i. ꝯscie scintil= la / ⁊ stelle. i. luminaria diuinoꝝ preceptoꝝ. quib⁹ scꝫ fide ꝯscia ⁊ luminib⁹ p̃ceptoꝝ obtenebratis oĩno amittitur timor dei / et vere= recundia pcti. quib⁹ amissis im possibile est per verã pñiam ad deum ꝯuerti. ¶ Tertiũ impedi= mẽtum est a deo elongatio. Illi em̃ qui in pctis perseuerãt sem= per ampli⁹ atqꝫ ampli⁹ a deo se elõgant. Nã dicit ps. Non em̃ qui operãtur iniquitatē in vijs eius ãbulauerũt. Uñ de filio ꝓdi go dr̃ lu. xv. ꝙ abijt in regioneꝫ lõginquã. glõ Quãto quis i pra= uo opere delinquit / tanto a dei gr̃a recedit. Sr̃ q̃ etiã dicit hie= ronim⁹ ad damasũ papam de fi lio prodigo. Si de⁹ tenet celum palmo ⁊ terrã pugillo: ꝑ dauid q̃ꝫ nullus absqꝫ eo loc⁹ predica tur / q̃ modo fili⁹ iste peregre ꝓ= ficiscitur? Sciendum est igit nõ locoꝝ spacijs sꝫ affectu nos esse cum deo ãt ab eo recedere. hec ille. O iniq̃tas pessima. O fatui= tas detestãda relinq̃re deũ elõ gare se a deo. O aĩa peccatrix quid facis a q̃ recedis? a q̃ te se= paras? a deo creatore tuo. pijssi= mo p̃re tuo ⁊ redẽptore tuo / im= mo a salute tua. Juxta illd̃. Lõ ge a pctõribus salus. Sed vide o aĩa peccatrix. Ad quid curris ad fetorē profecto ad dyabolũ inimicum tuum accedis ⁊ infer no appropinquas p̃. Appropin= quauerunt vsqꝫ ad portas mor tis. O q̃ta abominatio sic relin

q̄re deum. Deu.xxxij.c. Deum qui te genuit dereliq̄sti et oblitus es domini creatoris tui. Hinc per hieremiā hie.ij.conq̄ritur di. Me dereliq̄runt fōtem aque vine. Quādo igit̄ diu cōtinuauit aliquis in pctis non est dubiū quin a deo sit mltū elongatus et per cōñs difficile est eū ad deum redire. Per talē igr̄ elongatiōem a deo grādi piculo se exponit q̄ i hora mortis nullatenus ad deū possit reuerti ꝛ q̄ q2 deum ita dereliquit ita finalit̄ a deo derelinquat̄ et pereat miserabilit̄. ps̄. Qui elongāt se a te dn̄e pibūt. ¶ Quartum impedimētū est gust⁹ spūalis deordinatio Ita em̄ deordinat̄ spiritual' gustus per cōtinuationē pcti vt pctm̄ videat̄ dulce et omne bonū opus videatur amar. Aug. Palato nō sano pena est panis qui sano est suauis ꝛ oclis egris odiosa est lux q̄ sanis est amabil' hec ille. O peruersa fatuitas. O abusio damnabil' videtur miƀo pctōri virtuosū opus amarū qđ tamē scđm rei ꝟitatē ē om̄i dulcedie plenū: et opus pcti videtur ei dulce qđ ƀm ꝟitatē fetidū est et amarissimū. Cū miser ꝫ pctōr attētat aliq̄d bonū opus puta opus pn̄ie iuenit ibi amaritudinē ideo statī illđ dimittit ad mođ symie q̄ gustata amaritudine nucis cito eā proijcit: ideo ad dulcedinē nuclei non peruenit Un̄ plerūq̄ ɔtigit q̄ i istāte mortis articl'o illi qui sic in pctis ꝑseuerauerūt oē bonū ꝟtutꝫ abominātur. dur est eis audire sermonē pn̄ie. nō placēt eis hortamēta salutis. magis aūt placet eis si forte dicatur. Ne despetꝫ de vita/ magno animo estote adhuc enim gaudebitis in mūdo. Plus itaq̄ delectātur i verbis deceptorijs et verbis fatue presumptionis longioris vite q̄ in verbis salutis. Plerumq̄ ante iusto dei iudicio pctōr sic sibijpsi relinquitur: ita q̄ quicquid sibi de salute sua dr/ displicet et falsum videtur ei v'dubium dulce videtur amarū et ecōtra et bonū malū ꝛ ecōtra. Un̄ pꝫ q̄tū sit aīe piculū ꝑꝑ talē gust⁹ spūalis deordinatiōē. ysa. v. Ve q̄ dicitis bonū maluꝫ ꝛ malꝫ bonum/ ponentes tenebras lucē ꝛ lucē tenebras/ ponentes amarum dulce et dulce amar. Quintum impedimentum est peccatoruꝫ habituatio seu mala assuefactio ratione cui⁹ cōtingat aliquādo peccatorē impenitētem fieri. Talis ei habituatio seu assuefactio est de difficili mobilis. Vulnus enim antiquum difficilius curatur/ et sordes inueterate vix abluūt̄. Hoc aūt declarari pōt auctoritatib⁹ figurꝫ ꝛ rōib⁹. Prio auctoritatib⁹ phicꝫ. Di.ii. phs in predicamētꝫ q̄ hit⁹ ex actibus frequētatis gn̄at⁹ ē de difficili mobil'. Itē i li. de mēoria et remiscētia. Cōsuetudo ē alt'a natura Et li.i. retorice. Sil'is est ɔsuetudo nature ꝓpe em̄ sepe ei qđ sp qđ ē aūt nat'a ei⁹ qđ sp ɔsuetudo ei⁹ qđ sepe. hec ille. Itē auctātib⁹ poeticꝫ. Iu.li.iij. saty.i. Cōsuetudo mali tꝫ isanabile vul n⁹ Et marcial' coc⁹ Mēs assueta ml'o firmi⁹ herꝫ ei Itē auctātib⁹ canōicꝫ Job.xx. Ossa ei⁹ iplebūt̄ vicijs adolescētie sue: ꝛ cū eo i

pctm: morti lazari compat



pn̄l uere dormiēt. Et puer. xxij.
Adolescēs ambulās iuxta viaz
suā τ etiam cum senuerit nō rece
det ab ea. Et hiere. xiij. Si mu-
tare pōt ethiops pellē suā τ par
dus varietates suas sic vos poti
tis bn̄facere cū didiceritꝭ malū
Nā sicut di. bs. b. Uolupras hita
libēt repetit repetita blāditur
ꝯsuetudo ligat / rō cōsopit. hec
ille. Scdo declaratur vitas p̄di
cta figuris. Primo hr̄ figura de
gn̄is loth qui qm̄ increduli fue-
rūt et iam assueti viuere in ciui
tate illa nō potuit illos eripere
loth a subuersione sꝫ ꝯtēnebāt
vba eius τ videbatur eis q̄si lu
dēs loq̄. Jō cū alijs inuoluti sūt
igne τ sulphure. geñ. xix. Sic et
mlti pctis assueti vba correctio
nis ꝯtēnunt τ plerūqꝫ derident:
sꝫ tales tandē igne τ sulphure i
fernali inuoluūtur et pereunt.
Apo. xxi. Pars illoꝝ erit in sta
gno ardenti igne et sulphure.
Jtē etiā circa predictam hysto-
riam illō est notādum q̄ lꝫ loth
non esset natus neqꝫ a pueritia
nutrit⁹ in illa ciuitate qꝛ tn̄ laz
aliq̄nto tp̄e ibi fuerat ideo exire
dissimlabat quousqꝫ angeli app̄
hendert manū eius τ manū vxo
ris τ duaꝝ filiaꝝ ei⁹: et posuert
extra ciuitatē: Jn quo figurat
q̄ periculosa est ꝯtracūqꝫ pseue
rātia in pctō. Jtē est alia figura
Math. ix. de eo q̄ ab īfantia ha-
buerat spm̄ malignū quē nō po-
tuerunt discipuli xp̄i eijcere. Ui
de ibi. Jtē est alia figura de la-
zaro q̄triduano cui iā erat la-
pis suprapositus p cui⁹ suscita
tione plā misteria fecit dn̄s q̄ꝫ i
suscitatione alioꝝ. Pctm̄ ei ex
ꝯsuetudine ꝯmissum morti laza

ri ꝯparatur Pro cuius declarā
riōe notādum est illō q̄ di. aug.
de. pe. di. ij. c. Sicut trib⁹ gradi-
bus ad pctm̄ peruenitur sugge
stione / delectatione ꝯsensu: ita
ipsi⁹ pcti tres sunt dr̄e scꝫ i cor
de: in facto: τ ꝯsuetudine tanq̄
tres mortes. v na q̄si in domo. s.
cum in corde ꝯsentitur libidini.
altera q̄si iam extra portā cū in
fact ū pcedit assentio: tercia cū
vicio ꝯsuetudinis male tanq̄ mo
le terre p̄mitur aīmus quasi iā
in sepulchro putrēs. Que tria
gn̄a mortuoꝝ dn̄m suscitasse q̄s
quis euangelium legit agnoscit
hec ibi. Jn glō. vo ponuntur hi
v⁹ super vbo tanq̄. Mens mala
mors int⁹ mal⁹ actus / mors fo
ris. vsus Tumba. puella. puer.
lazarus ita notant. hāc verbo
hunc motu / lachrymando susci
tat illum Xp̄s. et in medico no-
scitur eger homo. Jn lazaro au
tem suscitando erant quattuor
conditiones hic notande. Liga
tos habebat pedes et manus.
velata erat sudario facies: ei⁹.
fetebat. et ei lapis superposit⁹
erat vt patet Jo. xi. Spirituali-
ter ista reperiuntur in peccato
re assueto. Primo habꝫ manus
τ pedes ligatos qꝛ impotens fa
ctus est post pctm̄ ad bene opan
dum. Scdo hꝫ faciem velatā su
dario. qꝛ ex q̄ in tenebris pctōꝝ
fuit spūalem visum amisit. So-
pho. i. Ambulabūt vt ceci qꝛ do
mino peccauerunt. Tertio fe-
tet deo et angelis. Ansel. Tole
rabilius fetet canis putridus
hoibus: q̄ꝫ aīa peccatrix deo et
anglis ei⁹ Quarto est lapis sup
posit⁹. i. mala ꝯsuetudo indura-
ta. vn̄ glō. Jo. xi. Dicit dn̄s fres

muit ꝛ lachꝛymat⁹ est ꝛ clama
uit qꝛ difficile surgit quem mo
la male cōsuetudinis ꝑmit hec
ibi. Hō ita malis assuetus silis
est illi qui in puteum cecidit su
per cuius os est magnus lapis
positus ꝑs. Non me demergat
tēpestas aq̄ neqꝫ absoꝛbeat me
ꝓfundum. neqꝫ vrgeat sup me
pute⁹ os suum. Tempestas aq̄
demergit hominem per ꝯsensuꝫ
pcti. ꝓfundū absoꝛbet cū pctm̄
pctō addit̃. puteus vrget os su
uꝫ: qn̄ hō in ſuitutē male ꝯsue-
tudinis redigit̃. Tertio decla-
rat̃ ꝑdicta ꝟitas rōnib⁹ q̄ sunt
ꝑcipue tres. Pꝛia ē rō cōtraria
tionis. Qn̄ eī vnuꝫ ꝯtrariuꝫ ē
alicubi perfecte radicatum ꝛ i-
pressum difficil'r pōt ibi recipi
reliquuꝫ sicut materia diu ma-
defacta ex aq̄ difficilime reci-
pit ignē sꝫ pctm̄ et gr̄a siue ca-
ritas cōtrariant̃ ꝫ qn̄ pctm̄ diu
occupauit hoīem sic ꝙ in eo est
radicatuꝫ ꝑ assuefactionē: non
pōt in eo gr̄a dei recipi nisi cuꝫ
difficultate. O igit̃ dānabilis ꝛ
ꝑuersa consuetudo pctōꝛum. O
periculosissima pctōꝝ cōtinua
tio. Ex dictis itaqꝫ sequitur ꝙ
post longam peccatoꝝ continu
ationem difficille est veraciter
disponi ad suscipiendam gr̄aꝫ
dei. Secundo sequitur ꝙ qui ꝑ-
seuerat in pctis vsqꝫ ad mortis
articuluꝫ ꝗuissimo sue dānatio
nis pericl'o se exponit. Tertio
seq̄t̃ ꝙ expediēs est ꝛ securum i-
cipe a iuuētute ſuire deo Etas
eī puerilis est magꝭ susceptibi
lis impꝛessiōis. Jō di. aristo. ij.
ethicoꝝ. Nō paruꝫ refert iuue-
nēs sic vel sic assuesci. Et ecc̄. xxx.
Curua ceruicē filij tui in iuuē-
tute et tōde latera ei⁹ duꝫ in
fans est: ne forte iduret et non
credat tibi. Figura ꝗtū ad hoc
hr̃. i. Re. xvij. vbi legit̃ ꝙ dd̄ per
cussit golyaꝫ in frōte: et sic euꝫ
interfecit. In fronte dyabolum
percutit qui in ꝑncipio vite eū
deuincit. ¶ Secunda est rō assi
due onerationis. Quāto eī on⁹
est mai⁹ et ꝗuius tanto magis
pꝛemit et aggrauat oneratuꝫ
et sic dificilius pōt surgere one
ratus depssus sub onere ꝛ difi-
cili⁹ on⁹ illō leuare ꝛ poꝛtare:
sꝫ per assuefactioneꝫ ꝛ ꝯtinuati
onē pctōꝝ semper crescit on⁹: ꝛ
sic aīa magis ac magꝭ aggraua
tur ꝓpt̃ m̄ltiplicationē pecca-
toꝝ: qꝛ vt dicit gregō. Pctm̄ qꝺ
per pn̄iam non diluit̃ mox suo
pondere ad aliud trahit. ꝫ ꝗto
ampli⁹ i pctō perseuerauit: tan
to dificili⁹ surgit. Exēplū i vi.
pa. Uox venit ad arseniū dicēs
Egredē ꝛ ostēdā tibi opa hoim
Et egressus vidit ethiopē nigꝝ
cedētē ligā faciētē magnā sar-
cinā ꝛ tētabat leuare sꝫ pꝛe ma
gnitudie nō potat. ꝛ iō depone
bat et iterum cedebat alia li-
gna et addebat sarcine ꝛ tunc
iterum nitebatur illam leuare
et minus ꝗꝫ ꝑus poterat. quam
ideo iterum deponedat et iteꝝ
cedens alia ligna sarcine adde
bat ita ꝙ ꝓpter eius ꝗuitatem
nequibat illaꝫ moué. Exposuit
autē ei vox ꝑdictam visionem
di. Qui cedit ligā ꝛ addit sarcie
hō pctōꝛ est q̄ pctis oneratus se
pius illa leuare nō sufficit. ꝛ tn̄
sic infatuatus ē ꝙ supadit iteꝝ
et alia q̄si dicēs intra se: postꝗꝫ
ꝯgregauero m̄lta peccata plu-
ra poꝛtabo: tunc illa leuabo et

Exm de cedente ligā

phiam agam. O irrationabilis
fatuitas atq dãnabilis stulti=
cia. Non potes surgere qñ non
dum est pctõꝝ onus omino ↄsũ=
matuz et credis in articlo mor
tis postq̃ multiplicaueris pctã
et aggũatum fuerit onꝰ surgẽ.
Certe grandi tue dãnatiõis pi=
culo te cõmittis. ¶ Tertia est
ratio induratiõis. Quanto em̃
aliquid magis fuerit induratũ
tãto difficiliꝰ emolliri potest: sꝫ
per pctm̃ induratur cor homis
Sicut enim venenum ex natu=
ra sui carnes indurat sic pecca
tum cor: et sicut aq̃ longa ↄge=
latiõe indurat/ ita cor hois ini
quitatum frigore ↄgelatuz for
titer obdurat in malicia. sicut
de vehemoth. dr̃. Job. xli. Cor
eius congelabit q̃si lapis Et q̃
to diutior fuerit hmõi ↄgelatio
a frigore iniquitatis tãto forti
or obduratio cordis. ꝭ etiã tã=
to difficilius emoliri põt ad cõ
tritionem et phiam. Jdo dr pro
uer. xxviij/ Qui mentis est du=
re corruet in maluz Vñ ppt ta
lẽ indurationẽ. mlti sunt incor
rigibiles et impersuasibiles si
cut pꝫ de pharaone cuius cor i
duratum est vt hr exodi. iiij. ⁊ se
quentibꝰ capl'is. Jdeo mira blr
perijt. Juxta illd prouer. xxviij.
Qui corripientẽ dura ceruice
ↄtẽnit repẽtinus ei superueni=
et interitꝰ O maledicta cordis
induratio q̃ dãnabilr q̃ peri=
culosa es. Certe nimis est dif=
ficile cordi sic indurato veraz
agere phiam in mortꝭ articulo
Nã ppt lõgã peccati ↄtinuatio
nez et cordis indurationẽ fiũt
multi impenitẽtes. Vñ narrat
michael de mediolano in q̃daz

sermone de quodam qui in ar
ticlo mortꝭ noluit pponere pe
ntꝰ abstinere a luxuria dicẽs
hoc eẽ impossibile lꝫ eẽt para=
tus facẽ alia et etiaz ardua, et
ppter obstinationẽ et obdura
tionẽ suã mortuꝰ est impenitẽs
Ad qd possumꝰ etiaz adducere
exẽpluz qd refert beda in libro
de gestis angloꝝ. li. v. dicens.
Noui quẽdã quẽ vtinam nõ no=
uissẽ qui in monasterio nobili i
gnobilr viuẽs cuz alij irent ad
ecclĩam ipe cuz eẽt faber opti
mus ppter officium suum alijs
vtile ab alijs tolerabat i fabri
ca sua remanẽs vacãs ebrieta
ti ⁊ alijs illecebre carnis. Qui
subita infirmitate occupatꝰ cũ
a fratribus moneret ad phiaz
merens clamans et desperans
cepit clamare se non posse q̃ si
cut beatus stephanus vidit mo
riens sibi celum apertum: ita p
ↄtrarium viderat infernum sibi
apertum et locum sibi pparatũ
ppe annaz ⁊ caypha ⁊ alios qui
deum occiderunt/ et videbat ⁊
dicebat iudicium suum instare
nec sibi spẽ salutꝭ supesse. sic q̃p
pe habebat cor induratũ q ad
phiam emolliri nõ poterat. vñ
pdicta dicẽdo mortuꝰ est: lõge
ad alioꝝ sepultura positꝰ nec
aliq̃s fratrũ aliqd suffragiũ ec=
clie pro eo facere ausus est. Pꝫ
itaq q̃ piculosa sit mala ↄsue=
tudo p quã ita animꝰ obdurat
vt neq etiam instanti mortis
articulo valeat ad phiam emol
liri. Jõ bñ dr eccl. iij. Cor duruz
male habebit in nouissimo. Ml
ti quippe propter cordis indu=
rationem redduntur incredule
spernentes omnia monita salu

tis. Unde legitur in libro de dono timoris. quod sacerdos quidam vsurarium monebat de salute anime quia grauiter infirmabatur dicens sibi tria necessaria scilicet plene confiteri. dolere de peccatis. et male accepta restituere. Et ille Et si duo prima facerem tercium tamen nullatenus facerem. At sacerdos ait. Si hoc non feceris / saluari non poteris. At ille ait. Dicunt ita sapientes et scripture: Et sacerdos. Ita certe. Et ille ait. Et ego volo probare vtrum dicant verum quia nichil restituam et sic mortuus est miserabiliter magis timens pro se et filijs paupertatem presentem quam futuram et sic propter suam duriciam et incredulitatem incurrit terribilem iram dei. Johannis iij. Qui incredulus est manet ira dei super eum. ¶ Sextum impedimentum est seruilis conditio. Nam sicut arguit doctor subtilis in. iiij. di. xx. Quanto aliquis est minus dominus sui actus tanto difficilius habet actum sibi ad penitentiam veram necessarium. sed ille qui est in articulo mortis est minus dominus sui actus: quia tunc nullo modo est dominus actus exterioris. igitur difficilius penitere potest. Ideo dicit aug. de pe. dis. vij. c. Nullus illi qui cum potuerunt conuerti numquam voluerunt / confitentes cum iam peccare nequeunt nec sic facile acquirunt quod volunt. Ideo etiam di. ipse aug. Magnum est cui deus tunc inspirat (si quis est) veram penitentiam quia vix vel numquam est aliquis qui habeat dispositionem de congruo vt sibi inspiretur. Ex his sequuntur duo correlaria Primum quod sano persuadendum est vt sanus peniteat incutiendo sibi timorem: quam periculosum sit expectare serotinam penitentiam. Aliud correlarium quod infirmo iam in istum articulum deducto suadendum est vt secundum possibilitatem laboret ad habendum penitentiam ordinatam vt scilicet vtatur ratione quantum poterit et nitatur habere displicentiam voluntariam propter finem debitum scilicet propter deum. et renitatur male inclinationi habitus hec ex do. sub. vbi supra. Apparet igitur manifeste quam incerta quam periculosa sit penitentia in extremis Ideo bene di. aug. de pe. dis. vij. tene certum: et dimitte incertum. Septimum impedimentum est passionum alteratio. Nam sicut dicit do. sub. in. iiij. di. xx. Solet euenire quod in extremitate vite in sensitiua parte adest maximus dolor et timor maximus et vtraque passio vehemens nata est impedire liberum arbitrium et vsum libere rationis et voluntatis. Licet enim omnes passiones rationem et mentem hominis habeant turbare tamen secundum aug. li. lxxxiij. q. xxxiij. Passiones causate a tristabilibus plus mouent quam passiones causate a delectabilibus Actus autem displicentie de peccato ad hoc quod sit sufficiens ad veram penitentiam necessario requirit liberum vsum rationis: qui propter predictas passiones impeditur vt dictum est. adeo quod nullo modo aut vix possit infirmus cogitare de anima sua propter vehementem timorem et nimium dolorem quem sentit in corpore vnde gre. Cum egritudine opprimeris vix aliud cogitabis quam sentis. Quoniam vt di. hiero. Illuc rapitur intentio mentis vbi est vis doloris. Ponit de bernardinus exemplum. Si quis haberet vnicum filium dilectum ad mortem iudicatum / et ante eius oculos adductum: tunc non cogitaret de

In quinto gradu sensus obtunditur et per patientiā velut insensibilis reputatur Un̄ i filio sunamitis qui mortu' iacebat i lectulo nō erat vox neque sens'. iiij. reg. iiij. Sic martyres velut insēsibiles effecti omnia tormentorum gn̄a contēnebāt quasi penitus non sentirent. quia in xp̄m mentaliter excedebāt Sic aplus clamat se configuratum morti xpi si quō pertingat ad resurrectionē que ē ex mortuis. Partes quippe congruere debent suo toti et membra suo capiti deriuari. Iō nēce est formā patientie ad nos a xp̄o capite deriuari. Uide christum in patibulo morientem: dorsum suum cissum verberib': vellicatas genas: faciē speciosi pre filiis hominum sputis linitam hoim immundorū: caput corona spinea sauciatū: latus sanguine rubricatum: man' et pedes clauis cōfossos: et tamen agnus mansuetissimus iugulatori suo non respondēs: in crucis cathedra patientiā efficaciter docet verbo pariter et exēplo. Pr̄ (inquit) dimitte illis quia nesciunt quid faciunt. Nouū docēdi gen' nou' magister assūpsit: reos excusat: scm̄ attenuat: et ad patiētiam miro

nō fideles suos iformat. Moy
ses iiurias suas ꝓseqtur ⁊ lege
taliōis vlciscit̄: ⁊ absq̄ vlla mi
seratiōe: leg̃ sue ꝫ tēpoꝛ occidi
tur. Xp̄s aūt gladiū in vaginā
reponi pcipit: nec frī permittit
irasci: nec racha nec fatue dici
In q̄b⁹ trib⁹ ira q̄ iuiciū: ⁊ ꝯtēptū
penit⁹ interdicit. Uult dn̄s nō
vicijs vicia vidicari: sed v̄tutib⁹
supari. Nōne dn̄ante colera fe
bꝛe acri⁹ estuāte plerumq̄ vide
mus freneticū fieri egrotantē.
dētib⁹: pcutit pugno: moꝛsib⁹
ipetit obseq̄ntes. Sed medicus
armat⁹ patiētia despicit iniuri
as: moꝛsus sustinet: vt a pena
liberet laboꝛātē. Cū igit̄ infe
rētes nobis iniurias laboꝛare
frenesi cognoscam⁹: furiētium
moꝛbos ⁊ moꝛsus virtute patiē
tie superem⁹: ⁊ velut isēsibiles
facti q̄si moꝛtui taceam⁹. Exē
plo dauid. qui sauli persequēti
dicebat. Quem persequeris rex
israel quem persequeris: Canē
moꝛtuū ꝑseq̄ris: ⁊ culicē viuū.
Attēde q̄ signāter loquit̄. Ca
nis viuus latrat: clamat ⁊ moꝛ
det si pōt sed canis moꝛtu⁹ ni
chil hoꝝ facit. Uideas aliq̄ aīa
lia pedib⁹ vnguib⁹: dētibus: ⁊
coꝛnib⁹ sese defendētia: s; ver⁹
patiens est velut canis moꝛtu⁹
aut culex viu⁹. Idē quoq̄ dicit
i psal. Propt̄ te moꝛtificamur
tota die: estimati sumus sicut
oues occisionis.

In sexto gradu coꝛpoꝛis et
aīe nex⁹ dissoluitur q2 sub
stractis sensib⁹ velut insensibi
lis mens effecta nullis tp̄aliū
rerum nexibus: nullius coꝛru
ptibilis creature vinculis p af
fectionem illiciti amoꝛis detie
tur. Unde cantic. viij. Fortꝫ est
vt moꝛs dilectio dura sicut in
fernus: emulatio ⁊c. Moꝛs na
turalis separat animam a coꝛ
poꝛe. moꝛs spiritualis a rei coꝛ
ruptibilis affectione. In hoc
gradu separatur anima ab om
nibus quibus ante fuerat per
affectionem vnita: vt soli spon
so inhereat per amoꝛem: pro
pter quod amoꝛ merito moꝛti
comparatur vt prius dictum ē
Dura sicut infernus emulatio
Infernus quos recipit non di
mittit. Sicut ergo amoꝛ dicit̄
similis moꝛti propter perfectā
separationeꝫ: ita comparatur
inferno propter perpetuam cū
christo vnionem. sequitur Lam
pades eius lampades ignis at
q̄ flammarū. In lampade sunt
lux ⁊ ardoꝛ. Ardet em̄ mēs inte
rius deuotione. lucet exterius
coꝛam hominibus operatione
Sic ardet deo per desiderium
vt luceat foꝛis hominibus ad
virtutis exemplum.

In septimo gradu spiritus
liber egreditur q2 nullius
rei create retinaculis impedit̄
In hoc gradu mēs ad celestia
meditāda libere subleuatur fa
ciliter em̄ p meditationē in de
um erigit̄ aīa q̄ tp̄aliū affectōe
nō inuiscat̄: nec sollicitudie di
strahit̄: nec pōdere pgrauatur
Aues suarum leuitate pēnarū
subleuantur in altuꝫ aut ad ci
buꝫ querēdū / aut ad laq̄os eua
dēdū aut ad delectabiliter spa
ciādum. Sic anima ad celestia
sustollitur quādoq̄ p spiritua
li refectione querēda sicut hoꝛ
tatur apostolus col. iij.
Que sursum sūt q̄rite. ⁊c. q̄ sur

suz sunt sapite nõ q̃ sup terraz. mortui em̃ estis et vita vr̃a ab scõdita ẽ cũ xp̃o in deo. Quandoq3 pro delectatiõe gustanda et quãdoq3 p quietis tranquilitate inueniendã et plerũq3 pro tentatione fugiẽda. Et de vtro q3 istoꝝ ait. ps. Quis dabit michi pẽnas sicut colũbẽ: et volabo et redescam. Ecce elongaui rc̃. Aaron moriturus iubet in montem ascendere: qr per meditationem debem⁹ ad excelsa transire. Paucorũ est in hunc montẽ ascendere paucoꝝ vero stare in vertice s3 paucissimoꝝ ibi mori et quiescere ppt qd ait ps. Quis ascẽdet in mõ. do aut quis sta. in lo. sãcto ei⁹. Quin imo dñe. qs habitabit i tabernaclo tuo. aut quis requiescet in monte sctõ tuo. Ascẽsus h3 difficultatem. status sublimitatez requies voluptatez. De diuinis siquidem meditari mentib⁹ ad talia inconsuetis oclis caligãtibus ad celi luminaria eleuari magne est difficultatis Exercri tamen in eis. et meditationibus sacris scobare et purgare spm̃: magne est dignitatis. quiescere autem r non reuocari ad inferiora magne est voluptatis. Notabile autem est qd dr aaron. i. montanus in super cilio montis hor moritur. hor interpretatur lumen. qr in vertice montis luminis et visiõis: mundo carni et etiam sibi ipsi moritur vir contemplatiu⁹. Et aduerte verbum dñi. Aaron inquit colligetur et morietur ibi Mens em̃ q̃ per vana desideria spgit: q̃ varijs cogitationibus huc illucq3 distrahit q̃ in se non colligitur in hoc mõte non moritur. Discat igitur mẽs hũana prius ad se ipaz intrare r in se cõsistere q̃tenus in hunc montez possit ascẽdẽ. Colligat aĩa fideles cogitationes suas vt exurgant in meditationẽ meditatio proficiat i cõtẽplationẽ: cõtẽplatio inducat exultationem exultatio dilatet in admirationem admiratio transeat in alienationez: alienatio terminet i mortem spũalem. Est autez drã inter cogitationẽ r meditationẽ qr cogitatio est iprouid⁹ mẽtis intuit⁹ ad euagationẽ pn⁹ Meditatio autẽ est puidus mentis intuitus circa veritatis inq̃sitionem. vehementi⁹ occupatus:

In octauo gradu mortu⁹ sepelitur. qr cum per meditationẽ mens sursuz erigit: pacis serenitas obtinet. Vna q3 res nõ quiescit nisi cũ ad proprium locũ venerit. Quare cuz locus anime sit deus q3 diu amor noster ad diuersa spargitur. nũq3 ad veram pacem perducitur Ideo dicit aug. Inquietum est dñe cor nostrum donec requiescat in te. Ibi igit sit mẽs: r hic erit requies. Ibi mortuus sepelitur hoc est sepulchrum qd ioseph dño preparauit i quo xp̃s mortuus requieuit. Moriturus moises montem ascendit: terrã pmissionis aspexit. in vertice montis phasga morit sepeliturã dño. cui⁹ sepulchrũ oib⁹ hoib⁹ est ignotuz. Ascẽdit i mõtẽ p mẽtis eminẽtiã. cõtẽplat pmissã fidelib⁹ patriã. morit cuz efficit q̃dãmodo deiformis per gratiã: sepelit a dño p infusaz sibi leticiã: sed sepulchrũ ipsi⁹

nullus agnoscit hoim qm illa pax exuberat omnem sensum.

In .ix. gradu corp⁹ sepultū resoluitur qz cum mens in lumine diuino semetipsam cla rius intuetur: recognoscens se qtuz ad aiam creatā ex nichilo: et sic qtum est de simplr nichil esse qtum autem ad corp⁹ se puluerem esse et cinerem: imo vilissimum sterquilinium: saccū stercoruz: et cibum vmiuz: necessario humiliari qpellitur. Attēde q sicut ignis i suo cinere qui est vltimus sue resolutionis termin⁹ qseruatur sic aia in hūilitate q resoluit vsqz ad minima et vltima custodit. Et sicut fenix congregatis aromatibus incendit ignez q qcremata et in cinerem redacta renouatur. et per talē renouationez perpetuo qseruatur: sic aia caritatis igne succēsa ac in humilitatis cinerē resoluta qseruatur in gratia: ac de die in diem per gratiam renouatur.

¶ Hec pauca de morte gratie que est mors desiderabilis.

¶ Sequitur de morte culpe q est mors formidabilis.

Circa mortem culpe primo notandum est q sicut supradictuz est. Triplex est huiusmodi mors: vna culpe tm. alia culpe et pene partialis: scz quoad aiam tm. alia est culpe et pene totalis: scz quo ad totum hominem in corpore et anima. Prima mala. secūda peior. tertia pessima. Prima includitur in duabus alijs non econtra. Secunda qppe includit pmam. Et tertia vtranqz includit.

¶ De prima dicit aug. xiij. de ciuitate. dei. Mors anime fit cū eaz deserit deus: sicut mors corporis cum illud deserit anima. Idem super psalmum. lxij. Cum deus sit vita anime: anima vero vita corporis sicut corpus sine anima viuere non potest: ita non nisi deo presente anima viuere valet. Sicut enim dicit idem aug. in. iiij. de trinita. Anime mors impietas est. Impietas enim siue culpa separat animā a deo qui est vita effectiua anime et tollit gratiam que formalit vivificat aiaz vita spūalt. Romanoz. vi. Gra dei vita eterna: Ideo dicit Deu. xxx. Elige vitam vt 7 tu viuas et semen tuum diligas dnm deum tuum atqz obedias voci ei⁹ ipse enim est vita tua. Un ptz q vita anime est in vnione et copulatione eius ad deum per amorem 7 obedientiam. Per oppositum ergo mors anime est in separatione anime a deo p qtēptū 7 rebellionē seu inobedientiam. Item de hac morte di. aug. super Jo. Omnis qui peccat moritur. sz mortem carnis omnis homo timet. mortez aie pauci Pro morte carnis q sine dubio qnqz ventura est curant omnes ne veniat. Inde est q laborant. Laborat ne moriatur homo necessario moriturus: et nō laborat ne peccet homo in eternum victurus. Et cum laborat ne moriatur homo sine causa laborat. Id enim agit vt multuz viuat: vt mors differat nō vt euadatur. Si autē pecca

mors anime

Deus vita anime

mors carnis timet

re nolet: non laboraret et viue
ret ineternum. hec ille. ¶ De
secunda di. aug. xiij. de ci. dei.
In dānatione inferni ꝗuis aīa
sentire nō desinat. tñ qꝛ sēsꝰ ip
se nec voluptate suauis nec q̄e
te salubris: sꝫ dolore penalis ē
non immerito mors est appel=
lata potiꝰ ꝗ̄ vita. hec ille. hec
quidem mors est opposita non
vite nature sed vite glīe. ¶ De
tercia di. aug. xiij. de ci. dei Illa
mors est ꝑuior et oīm malorꝫ
pessima q̄ non fit speratione aīe
ꝛ corporis sꝫ in eternum penā
potiꝰ vtriusqꝫ complexu. Ibi qp
pe non erunt hoīes añ mortē. ꝛ
pꝰ mortē sꝫ sp̄ i morte. ac ꝑ hoc
nunqꝫ viuentes nunqꝫ mortui:
sed sine fine morientes. Nunqꝫ
em̄ erit homini peius in mor=
te: ꝗ̄ vbi erit mors ipa sine mor
te. hec ille. Et hanc mortem si
gnauit hiere. xvij. di. Duplici ꝯ
tritiōe ꝯtere eos. ꝛc̄. ¶ Duabus
autem vltimis mortibus nunc
omissis ex eo ꝙ ad ifernales pe
nas pertinent de quibꝰ postea
(deo dāte) tractabimus: dicen
dum est pronunc sp̄aliter de p̄=
ma morte q̄ est mors culpe tm̄.
De qua contemplari habemus
tres sp̄ales considerationes.
Prima est ꝯsideratio ꝓgressiōis
Scd̄a ē ꝯsideratio distinctiōis.
Tertia est consideratio signifi
cationis.

PRima igitur est cōsidera=
tio ꝓgressionis. Ubi scien=
dum est ꝙ hec mors qñqꝫ consi=
stit in corde tm̄: scꝫ in cogitati
one e delectatione vl' ꝯsēsu. Uñ
in ꝑsona ipiorꝫ dicit ysa. xxviij.
Percussimus fedus cuꝫ morte.
hoc fedus ꝯmittit in consensu.
Qñqꝫ ꝯsistit in ore. qñ scꝫ ꝓrum
pit in deordinatam locutioneꝫ
dr̄ em̄ ꝓuer. xviij. Mors et vita
in manibus lingue. Et qꝛ per li
guaꝫ frequēter labimur i mor=
teꝫ. peccati. Iō dr̄ Ia. iij. Ligua
nr̄a ignis est. vniuersitas iniqui=
tatis ꝛc̄. sequitur: Est em̄ inqui
etum malum et plena veneno
mortifero. Et eccl'astici xxviij.
Post multa mala q̄ ex lingua ꝓ
uenire testatur ait. Mors illiꝰ
mors nequissima et vtilis infer
nus potius ꝗ̄ illa. Qñqꝫ progre
ditur ad operationem. sicut dr̄
sap̄. i. Iniusticia est mortis acq̄
sitio. impij aūt verbis ꝛ manibꝰ
accersierunt illam. Et ibidē añ
Nolite zelare mortem in erro=
re vie vestre.

SEcunda est cōsideratio di
stinctionis. Ubi videndum
est de moriendi modis ꝗ̄ pluri=
mis. Circa qđ p̄mo notanduꝫ ē
ꝙ sicut dicit sapiēs. Sap. ij. In
uidia dyaboli mors intrauit in
orbē terraꝝ. Ideo nāqꝫ dyabolꝰ in
uidit homini qꝛ illuc per humi
litateꝫ posset ascendere vñ per
superbiam se nouerat corruis=
se. Inuidens autē hoī tentauit
tentando deuicit: et deuictum
subiecit. ac subiecto iniq̄ et ty=
rannice dñari presumpsit. Si=
cut aūt tyrāñꝰ impijssimus sub
iectos suos sine mīa affligit: op
p̄mit ac eis exquisita gñā mor=
tis infligit sic dyabolꝰ omni ty=
ranno crudelior varijs mortis
generibꝰ miseros q̄s in seruitu
teꝫ redigit mori facit. ¶ Alios
nāqꝫ mori facit suspendio: scꝫ ꝑ
superbiā. Superbos em̄ suspē=
dit in altum vanitatis: vt post
moduꝫ p̄cipitet in profundum

miserie gehennalis. q̄d p̄cipi- tij genus p̄us expertus fuerat in seipso. Naz cuz ip̄e se eleua ret p superbiaz: deus ip̄m deie cit in abyssi p̄fundum. sicut di- cit ysaie.xiiij. Dicebas i corde tuo. In celum conscendaz &c. se quitur. Ueruntamē ad infernū detraheris in profundum laci. Et ante. Detracta est ad infe- ros superbia tua. Et lu.x. dicit de eo. Uidebam sathanaz sicut fulgur de celo cadentem. Sic i gitur dyabol⁹ tractu simili co- natur hoīes p̄mo quidem in al tum extolere. vt postmodum p̄- cipiet in inferuum. Exēpluz de achitophel qui de sapiētia sua p̄sumens videns q; non esset fa ctum consilium suum, quod scz dederat cōtra. dauid suspendio interijt ij. Reg. xvij. Et de absa lon qui nimia ambitione dn̄an di succensus: patrem suum da- uid de regno fugauit. Et sicut dicitur. ij. Reg. xviij. Ipso suspē so inter celum et terram mul⁹ cui insederat pertransijt. Est etiam exēplum de amā hester. vij. Itez. iiij. Reg. ix. de iezabel quomodo fuit p̄cipitata de fe- nestra palatij. Et d' occosia iiij. Reg. i. Cecidit occosias per cā cellos cenaculi. Cui mandauit helyas. de lectulo super quem ascēdisti nō descendes: sz mor- te morieris Primogenita ergo mors est superbia: q̄ est initiuz omnis peccati huius mortis re medium est timor humilians vł humilitas timens deum. Unde prouer. xiiij. timor dn̄i fons vite i. vite spiritualis initium vt de- clinet id est declinare faciat a ruina mortis. ¶ Alios perimit dyabolus veneno, scz per inui- diam. Job. v. Paruulum occidit inuidia glosa. Paruulus inui- dia occiditur. quia nisi inferior esset de bono alterius non do- leret. Uel paruus est qui terre- na diligit magnus. qui eterna. Paruulus ergo inuidia occidi- tur. quia nullus hac peste mori tur nisi qui terrena appetit q̄ tota non perueniunt pluribus Isti autem sic infecti inuidia et spiritualiter interfecti. infi- ciunt alios venenū inuidie dif fundendo. Sicut detractores & verborum infamie relatores. De mala morte inuidorū mul- ta legimus exempla. Cayn ex inuidia perimēs fratrē abel: oc cisus est a lamech. geñ. iiij. Egy ptij dolentes q; hebrei in terra sua crescebant et grauiter eos affligētes submersi sunt in ma- ri exo. xiiij. Abimelech qui. lxx. frates suos occiderat vna mu- lier iaciens fragmen mole con fregit eius cerebruz qui ab ar- migero suo fecit se interfici. In di. ix. Saul qui ex inuidia perse cutus est dauid tandem irru- ens super gladium suū mortu- us est. i. Regum. xxxj. Accusa- tores danielis a leonibus deuo rati sunt. Dan̄. xi. et. xiiij. ¶ Ali os occidit dyabolus glagio. sci licet per iracundiam. Unde di- citur exo. xv. Dixit inimicus p- sequar et comprehendam. &c. Euaginabo gladium meum & i terficiet eos man⁹ mea. Et iob. v. d' Uirum stultū interficit ira cundia. Huius mortis remediū est patientie lenitas: sicut ait. ps̄. Non moriar sed viuam. Ca- stigās castigauit me dn̄s & mor

alios Jnvidia

alios Ira

et nos tradidit me. ¶ Alios submergit per auariciam. Temporalia namque fluunt et refluunt sicut aque. Sicut autem desperat aliquis quando caput eius immergitur in aquis: sic quando totus homo immergitur in terrenis iam non est spes euasionis. Propter quod psalmista exclamat Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aque usque ad animam. Infixus sum in limo profundi et non est substantia. Electorum et reproborum differentiam quantum ad usum temporalium mirabiliter ostendit deus in diuisione maris rubri. exo. xiiij. Ubi dicitur quod aque operuerunt currus et equites cuncti exercitus pharaonis: nec unus quidem superfuit ex eis. Filii autem israel transierunt per medium sicci maris: et aque eis erant pro muro a dextris et a sinistris. et viderunt egyptios mortuos super littus maris. Ecce aque sunt electis pro muro defensionis que sunt reprobis causa perditionis. Quod autem sint electis pro muro defensionis docet Thobias. Tho. iiij. di. Quomodo potueris esto misericors sequitur elemosina a peccato et morte liberat nec patietur animam ire in tenebras. Ecce murus a sinistris sequitur. fiducia magna coram deo elemosina. Et parum ante dicitur. Premium bonum thesaurizas tibi in die necessitatis. Ecce murus a dextris. Quod vero reprobis sint causa perditionis: patet per multa exempla. Achan qui tulit de anathemate hierico: lapidauit eum omnis populus etc. Josue. vij. Ananias et saphira quia de precio agri venditi fraudauerunt subito mortui ceciderunt. Act. v. ¶ Alios cruci affigit per accidiam. Est autem accidia tristicia quedam cor aggrauans ne aliquid agere libeat. Unde reddit hominis membra quasi stupida et paralitica ad omne opus bonum immobilia sicut in homine cruci affixo. vnde ecclesiastici. xxix. Multos occidit tristicia. Unde accidioso dicitur. apo. iij. Nomen habes quod viuas et mortuus es. Ideo sequitur. Esto vigilans etc. Non enim inuenio opera tua plena coram deo meo. ¶ Alios viuos sepelit per ingluuiam. Unde ait hieronimus. Uile sepulchrum rationis est ebrietas. ps. Sepulchrum patens est guttur eorum. Sepulchrum inquam patens ex quo fumi et fetores exallant. sicut de cadaueribus mortuorum. Mortem esse in talibus possumus exclamare cum filiis prophetarum. iiij. Reg. iiij. Mors in olla vir dei mors in olla. Nam pocula delicata conuertuntur in absinthium et cibaria in venenum. Rom. viij. Si secundum carnem vixeritis: moriemini. Et lu. xvi. Diues epulo mortuus sepultus est in inferno. ¶ Alios comburit incendio. scilicet per luxuriam. Luxuria ignis est usque ad consumptionem deuorans hoc igne luxuriosi comburunt sicut patet gen. xix. Nota de filio prodigo qui consumpsit omnia bona sua viuendo luxuriose. de quo dixit pater quod mortuus fuerat scilicet per luxuriam surrexit per penitentiam. De mala etiam muliere dicitur. prouerbiorum. v. Inclinata est ad mortem domus eius et ad inferos gressus illius penetrant.

Alios p luxuria

Signa mortis corpalis et p similia anime



Tertia est consideratio significationis vbi videnda sunt signa quedam pronostica morituri. Auicenna in canone ponit hec duodecim signa. Solent em̄ medici in acutis egritudinibus vti signis pronosticis q̄ s̄m ypocratis documenta vite nostre sunt iudicatiua / vł mortis. A corporalibus igit̄ ad sp̄ualia transeūtes modis sil̄ib⁹ iudicemus in hoie mortē culpe. ¶ Primū signuʒ mortis pnosticum est gustus deordinatio .q̄n .s. eger appetit q̄ nocēt ⁊ reijcit q̄ iuuarent. Infirmi filijs isrł spreta dieta quam celestis medic⁹ eis indixerat petierunt carnes flentes corā moyse dicētes. Numeri. xi. Quis dabit nobis ad vescēdū carnes Recordamur piscium ⁊c̄. In mentē veniunt cucumeres ⁊ pepones. ⁊c̄. Aia nr̄a arida est. nichil aliud respiciūt ocłi nr̄i nisi māna Impleuit aūt dn̄s petionē eoꝝ mittens eis coturnices in multitudine copiosa sed in malū ipoꝝ. nā sequitur Adhuc erāt carnes in dentib⁹ eoꝝ nec defecerat hmōi cibus: ⁊ ecce furor dn̄i ↄcitatus i ppłm percussit eum plaga magna nimis ⁊ mortui sūt i sepulchris cō cupie. Est igitur mortis signuʒ abiecta sobrietate ⁊ ieiunio carnalibus vacare delicijs. Aduertendum aūt q̄nta sit fatuitas et deordinatio appetitus talium qui vilissimos cibos appetūt scʒ cucumeres et pepones porros cepe et alia. cibum aūt celesteʒ fastidiunt h̄ntem in se oē delectamentum et oēm suauitatem Unde bene verificatur in eis illud ps̄. Oēm escā abomiata est aīa eoꝝ: ⁊ appropinquauerunt vsqꝫ ad portas mortis Tales fastidio moriuntur. ¶ Secūdum signum mortis est digestionis defectio quando scilicet nulluʒ potest cibum sumere vel sumptum retinere / vel retentum digerere. Hoc autem prouenit ex defectu caloris naturalis et humidi radicalis. Nam conseruatio vite consistit in calido et humido. Sicut autem prima digestio fit in stomaco. secunda i epate tercia in singulis mēbris digestiua tamen virtute per calidum et humidum operāte: sic q̄n in mente fuerit calidum dilectionis ⁊ humidum deuotionis sufficiēter celebratur digestio per quam vita anime conseruatur. Nā ad ea que dei sunt apponit mēoria recordationē ecce digestio p̄ma in stomaco Memorie voluntas apponit affectionē: ecce digestio in epate. Mēbra vero singula prout eis congruit actionem: ecce digestio i membris. ⁊ sic per calidum dilectionis et humidum deuotionis triplicis digestionis bonitas declaratur. Cum autem diminuitur vel deficit calor dilectionis signum est mortis sp̄ualis. i. Joh̄. iij. Qui nō diligit manet in morte. Similiter deficiente humore deuotionis desiccatur hō e: necesse est eum languere dum viuit. ei desiccari iugiter et mori. Omne enim opus censetur mortuum si sp̄ū deuotionis non fuerit afflatum. Un̄ in psona taliuʒ lamētabił ↄq̄rendo loq̄ꝫ b. bi. Quo exaruit cor meum factū est sicut terra sine aqua. nec ↄpungi ad lachrymas q̄o tanta

est duricia cordis mei. Non le=
gere libet nō orare delectat me
ditatiōes solitas non inuenio.
Ubi inebriatio spūs. vbi mētis
serenitas/et pax et gaudium in
spūsctō. Ideo ad opus manuum
piger/ad vigilias somnolentus
ad iram preceps/ad odiū perti
nax/lingue et gule indulgētior
Heu omnes montes in circuitu
meo visitat dn̄s: ad me aūt non
appropinquat. Quid in me ali=
ud putēq; vnum ex montib⁹ gel
boe maledictis: quem preterit
in ira ⁊ indignatione sua ille ce
terorꝫ oim benignissimus visita
tor. ¶ Tertium signum mortis
vultus imutatio Uultus imuta
tio est honestatis desertio. Nā
eo ꝙ deuotio interius nō habet
statim exterius honestatis con
uersatio non seruatur Attende
ꝙ ex decore conscie emanat de
cor conuersationis honeste. Si
cut docet ber. di. Cum decoris
claritas intima cordis repleue
rit prodeat foris necesse est qua
si lucerna latēs sub modio. Ecō
trario aūt de interiori deordia
tione consciētie inordinatio ex
terioris ꝯuersationis erumpit.
In imutatione aūt faciei perpē
ditur signum mortis si habeat
eger nares acutas/oculos con
cauos et obscuratos: aures cō=
tractas et frigidas. Nares ha=
bemus acutas cum relictis his
que circa nos sunt: aliorum vi=
as facta: dictaq; perquirimus
per subtiles et curiosas non tn̄
necessarias nec multum proba
biles coniecturas. Nam qui cō
scientie sue negligens est: per=
scrutator aliene solet eē curio=
sus explorator. Oculos habe=
mus concauos: cum ea q̄ dissi=
mulare volumus ꝓfundius in=
tuemur. Hi sunt oculi qui vidēt
quasi non videant et dissimulā
tes q̄ displicent in cordibus su
is maliciose reseruāt. donec tē
pus oportunum inuenerint qđ
expectant. Obscuros et caligā=
tes oculos hn̄t qui nec vite sue
ꝯsiderant breuitatem nec mun
di pericula nec pcti vilitatem
nec offense grauitatem/nec di=
uini iudicij seueritatem/nec ge
henne acerbitatē. Unde scriptū
est Eccī. ix. Mortui nichil noue
rūt ampli⁹. Aures hn̄t frigidas
surdas ⁊ ꝯtractas/qui nec mol=
liunt dulcedine verbi dei qꝛ fri
gidas hn̄t aures. nec obliuiscū
tur iniurie sibi facte: qꝛ contra
ctas. et correctiones ⁊ exorta=
tiones vulpēdūt audire/qꝛ sur=
das. Talibus dicit dn̄s. Jo. viij
Moriemini in pctis vr̄is. Et se=
qtur ratio Qui ex deo est verba
dei audit: ꝓpterea vos non au=
ditis qꝛ ex deo nō estis. Hoc au=
tem est signi reprobationis si=
cut scriptū est. i. Reg. ij. c. de fi=
lijs hely. Non audierūt vocem
pr̄is sui quare voluit dn̄s occide
re illos Uñ ber. Nonnullos in=
terdū audientes inuenies ac si
nichil ad eos pertineāt que di=
cunt/non intrare cor suuz: non
discutere mores suos: non cogi
tare ne forte qđ audiunt dictuz
sit propter eos magis aūt si ser
mo dei viuus et efficax (q̄ suo et
nō eius qui loquitur fertur ar=
bitrio quocūq; voluerit) si inq;
aduers⁹ vicia sua ꝓcesserit qui
bus illi se sentiūt obligatos dis
simulēt ⁊ auertūt oculos cordis
sui: aut q̄libet adinuentiōe pal=

stant facta sua ⁊ seducunt mise
ri semetipsos. In his salutis si
gna nō video magis. autē vere
or ne ꝓpterea non audiant ver
bum dei/ qꝛ non sunt ipsi a dño.
Propterea igitur non hñt vitam
qꝛ nō recipiunt v̄bum vite sicut
econtra dicit saluator. Joh. v.
Qui verbum meū audit et cre-
dit ei qui me misit hꝫ vitam et-
nam. ⁊ in iudicium nō venit: sed
transiet a morte in vitā. Et ibi
dē. Uenit hora qñ mortui scꝫ in
pctis audiēt vocē filij dei: ⁊ qui
audierint viuent. Patet itaqꝫ ex
predictis ꝙ imutatio vultus di
gnoscitur qñ color nigrescit: vi
sus tenebrescit/ auditus surde-
4 scit. ¶ Quartū signum est ieq̄li
tas pulsꝰ. Pulsus est inequalis
cuius percussio variatur/ siue i
q̄ntitate qñ scꝫ modo paruꝰ/ mō
magnus: siue in motu mō velox
modo tardus modo spissus mo-
do rarus est. Pulsum diffiniunt
medici motum esse cordis in ar
cterijs resultātem que a corde
incipiunt aerē ꝯtinentes spm̄qꝫ
vitalem propter hoc indicat di
spositionem cordis/ sic et specu
lum mentis refulget in verbis
⁊ corporis motu exteriore. Mo
tus cordis dꝫ regulariṫ eē vni-
formis. Inequalitas vero pulsꝰ
in motu cordis inequalitatē de
monstrat. Inequalitas ista pul-
sus inconstantiam sig̃at pecto-
ris: inquietudinem carnalis de
siderij et humani affectus hec
est mulier vaga quietis inpati
ens sed vbiqꝫ insidians que ap-
prehensum iuuenē ducit i mor
tem. prouer. vij. Ergo secūdum
consilium sapientis. prouer. v.
Ne intenderis fallacie mulie-
ris vagi sunt gressus eius. qꝛ si
cut corpus pedibus circumfer-
tur/ sic animꝰ a carnali deside-
rio circunducitur. Assimilatur
itaqꝫ affectus pulsui. qui modo
magnus modo paruus/ modo ve
lox/ modo tardus. Nam partim
ex ꝓpria vanitate/ partim ex ꝓ-
pria iniquitate/ modo diligit/ mo-
do odit/ nunc intenditur/ nūc re
mittitur: ⁊ nunc celeriter dili-
gendo qđ malū est ꝑuenit iudi-
cium rationis. nunc tardiꝰ dili-
gendū quod bonum est non pōt
trahi tribulationibus aut exem
plis p̄ceptis: cōsilijs: commina-
tionibus aut promissis. ¶ Quin 5
tum signum est inquietus som-
nus et non congruo tpe sumptꝰ.
Dormit non congruo tēpore q
dormit de die: vigilatqꝫ de no-
cte. Cum ergo per diem ꝓsperitas
per somnū negligētia designetur
morti vicinꝰ est qui tpe sue salu
ti congruo negligit semetipm.
Ideo clamat ps. Illumina ocu-
los meos ne vnqꝫ obdormiam
in morte neqñ. ⁊c. Fac ergo scdm cō
silium apli. Eph. v. Surge qui
dormis et exurge a mortuis et
illuminabit te xp̄s. ¶ Sextū si- 6
gnum est sudor inordinatus si
fuerit non die cretico si parti-
cularis non ex toto corpore sed
ex aliquo tm̄ mēbro si fuerit fri
gidus. Sudoris purgatio pctōꝝ
confessio. Crisis iudiciuꝫ sacer
dotis. Subijcitur ille morti qui
non vult aut dissimulat peccata
confiteri. Nam teste sapiente.
eccī. xvij. A mortuo quasi non
sit perit cōfessio: Profluat ergo
sudor ex mēbris singulis. id est
fiat confessio integra et genera
lis. Tunc autem est sudor lau-

dabilis q̄ñ post cõfessionem cri=
minis sequitur bone operatio=
nis effectus. Alioquin qui ba=
ptizatur a mortuo et iterum tan=
git mortuum, quid prodest laua=
tio eius. Eccl. xxxiiij. Fit aũt sudo
ris euacuatio sz nõ laudabilis
et quasi nõ die cretico cũ pctm̃
tuum iactas vel accusas coraz
socijs qd̃ confiteri nõ vis vel nõ
audes in facie sacerdotis. Su=
dor gelidus est cũ non ex amo=
re sed seruili timore confiteris.
Si ergo ex hoc sudore sumas confi
dentiã euadendi: hoc est presũ
ptio. Cuius exẽplũ habemus hier.
xx. De phassur sacerdote qui po
pulo promittebat securitatem.
Cui hieremias ait. In babilonẽ
7 venies: et ibi morieris. ¶ Septi
mũ signũ mortis est fetoris ex=
alatio. hoc enim signũ est q corpus
iã resoluit. Sic diffusio ĩfamie.
et ĩpudẽtia deliquẽdi signũ mor
tis ẽ. Unde de talibus dr̃ hier. vi. Cõ
fusi sunt qui abominatione fece
runt. quinimo confusione non
sunt confusi et erubescere nesci
erunt. Vulgo dr̃ q q̄ñ vir hone=
stus et verecũdus tp̃e sanitatis
non curat vel nõ verecundatur
coram hoibus denudari: signũ
est mortis. Sic q̄ñ negligit hõ fa
mã suam signũ est pessimũ. De
talibus aũt ait sap. prouerb. ij.
Qui letantur cum malefecerit
et exultant in rebus pessimis.
quorum vie peruerse et infames
8 gressus eorum. ¶ Octauum signũ
est loquele amissio. q̄ñ scilz ho=
mo perdit verbum confessionis
et diuine laudis ps. In inferno
autem id est in profundo vicio=
rum quis confitebitur tibi? Itẽ
Non mortui sed i peccatis la=
dabunt te dñe. ¶ Nonum signũ
est memorie obtusio. Sic q̄ñ mi
ser oblitus est beneficia diuina
ps. Non est in morte qui mẽor
sit tui. De hoc etiam ps. in per=
sona dñi de pctõrum misera obli
uione conquerẽtis ait. Obliuio
ni datus sũ tãq̃ mortuus a corde
Attẽde diligẽter miser hõ q nõ
solũ mortuus es pctõ sz et xp̃s mor
tuus ẽ i corde tuo qz nõ tm̃ temet
ipz iterimis. quinimo xp̃m q̃tũ est
de tua puersa voluntate denuo
crucifigis. Signãt aũt loqr̃ pro
pha dicẽs mortuus a corde nõ in
corde. Iusti nãq̃ iugẽ dñice pas
siõs memoriam retinẽtes xp̃m
passũ et mortuum in cordibus su
is habent. Impij vero xp̃i mẽo=
riam non habentes xp̃m a suis
cordibus expulerunt. ¶ Deci= 10
mum signum est motus cessatio
q̄ñ scilicet nõ potest mouere ma
num/pedem vel aliud mẽbrum.
Sic in anima quando in ea defi
cit motus bone operationis.
Cum enim fides sit vita anime
vt dicitur abacuch. i. Iustus ex
fide viuit. Fides autem si non
habeat opera mortua est in se=
metipsa. Ja. ij. Ideo anima que
se non mouet ad opera mortua
est. ¶ Undecimuz signum est q̄ñ 11
deficit halitus. Ita spiritualiter
mortuus est qui nõ inspirat spi=
ritum per desiderium attrahẽ=
do. nec expirat petendo in ora=
tione/querendo in meditatio=
ne/pulsando in operatione. Un
de ps. Os meuz aperui et attra
xi spiritum. Exemplum de iuda
qui desiderans laqueo se suspẽ=
dit. ¶ Duodecimum signum est 12
quando deficit tactus. Spiritu=
aliter autem loquendo homo

amittit tactum per obdurationem. q̄n videlicet non sentit nec dulcedinem diuine consolationis q̄tum ad gustum nec verbū exortationis q̄tum ad auditū nec considerat diuine largitatis beneficia q̄tū ad visum. nec exempla sancte conuersatiōis xp̄i ꝛ sctōꝝ q̄tū ad odoratū nec flagella diuine correctionis q̄tum ad tactum. Talis est similis pharaoni qui ex diuinis flagellis durior effectus est ꝛ periit in mari cum exercitu suo. sic pereant indurati in inferno prouerb. xxviij. Qui mentis est dure corruet in malum. Item ibidem. Qui corripiētē dura ceruīce contemnit repentinus ei superueniet interitus. ¶ Ab hoc interitu nos preseruare dignetur qui ꝓ nostra salute nostras subijt miserias et pro nostra vita mortem acerbissimam pati dignatus est. Jesus christ⁹ dulcissimus. Amen.

¶ Finis primi nouissimorū scilicet de morte.

De meditatione status post mortem.
¶ Nota metra sequentia de meditatione status post mortem.

Hoc status mēti carnem superare volenti:
Qualiter in turpi stabis fetore sepulchri/
Pallidus/obscurus/et vermibus esca futurus.
Cum tibi quid pulchrum blanditur: cerne sepulchrum.
In quo fetebis putrefactus quando iacebis.
Ossa sepulchrorum tibi sint suffragia morum.

Rogo te frater mediteris.
Videas quid nunc opereris.
Qui splendidus esse videris.
Cur nunc lasciuus haberis?
Cur non peccare vereris?
Cur ergo tumescere queris?
Vile cadauer eris — Famuleris non domineris.
Tibi semper vilificeris
Minor omnibus esse proberis
Timeas ne tu reproberis.
Studeas vt iustificeris.
Domino pure famuleris.
A christo fac vt ameris.
Crucifixum sic imiteris.
Ut cruce salueris crucifixo consocieris.

¶ Sequitur de secundo nouissimorum videlicet de finali iudicio.

Sicut dicit
sapiens prouerb.
xij. Cogitationes
iustorum iudicis.
Frequēter eñ iu-
sti cogitant iudicia dei. sꝑ attē-
dunt quomō de oībus factis su-
is reddituri sunt rationē in di-
uino iudicio. Jdcirco semper ti-
midi sunt in oībus q̄ per eos a-
guntur queādmodum et ille sā-
ctissim⁹. iob dicebat. Job. ix. Ue
rebar oīa opera sciensqꝫ non ꝑ
ceres deliquēti. Et per hunc ti
morē negligentiam oēm expel-
lunt. fiuntqꝫ diligētes ꝛ sollici-
ti in bonis opib⁹. queādmodū ꝛ
ipse iob dicebat. Job. xxiij. Con
siderans eum timore sollicitor.
Econtrario aūt sicut dr̄ ꝓuer.
xxviij. Uiri iniqui non cogitant
iudicium. Jdcirco absqꝫ timore
oī malo in periculum sue dāna-
tionis se exponunt. Un̄ de pctō-
re di. ps̄. Jnquinate sunt vie illi
lius in oī tpe. Et quasi rōnē assi
gnans subdit Auferuntur iudi
cia tua a facie ei⁹. Si eñ iudi-
cium dei ante mētis oculos ha-
berent profecto spm̄ iterne cō-
punctionis ꝛ timoris in se ꝯcipe
rent et a pctis cessarēt: qꝛ vt dr̄
prouerb. xv. Per timorem dn̄i
declinat oīs a malo. Quis enim
nō timeret vehementer / ꝛ ab oī
pctō diligenter caueret: si fre-
quēter ꝛ attente cogitaret co-
rā xp̄o iudice de suis opib⁹ rō-
nem necessario est redditurus.
Un̄ di. bs bernar. Cuz recordor
moriturus / quid post mortē sim
facturus: terret terror me ven-
turus quem expecto non secur⁹.
Terret dies me terroris dies
ire et furoris: dies luctus ꝛ me
roris: dies vltrix peccatoris Et
iterum. Expauesco quidez mul
tum: iudicis venturi vultum:
quem latebit nil occultum: nec
relinquet quid inultum. ꝛ quis
nostrum non timebit: qn̄ iudex
apparebit: ignis ante quē arde
bit: pctōres qui delebit hec ber.
Cū itaqꝫ tā terribile tāqꝫ peri-
culosum ꝛ prorsus ineuitabile
sit dei iudicium quo fiet singu-
lis iusta retributio ẜm opa sua
ideo nobis permaxime ncīa est
hui⁹ extremi iudicij frequens ꝛ
attenta meditatio. ¶ Ut igitur
planiori atqꝫ ordinatiori ꝓces
su meditari possimus q̄ ad hmōi
finale iudicium spectant: spirā-
te dei prouidētia declarabim⁹
per ordinem septem principa-
les considerationes.
Prima est consideratio appro-
batiue certificationis.
Secunda est consideratio pre-
monstratiue significationis.
Tertia est consideratio impe-
ratiue citationis.
Quarta est consideratio ordi-
natiue dispositionis.
Quinta est consideratio reue-
latiue manifestationis.
Sexta est consideratio discussi
ue redditionis.
Septima est consideratio retri
butiue sententiationis.
Prima igitur consideratio
principalis est considera-
tio approbatiue certificatiōis.
Circa quam primo notandum
ꝙ licet extremi iudicij certa sit
fides: in pluribus hec est fides
habitualis tantum et sopita et
forte etiam in aliquibus nul-
la sed ambiguitas et error Jgit

propter cōfutationē incredulorū: et cōfirmationē dubiorū et excitationē sopitorū satis vtile ac multū necessariuz est declarare oīmodā ac prorsus infallibilē futuri iudicij certitudinē hec est em̄ scia nobis ꝑ maxime nc̄ia. De q. b. ser. de vig. nati. dn̄i Illuminem⁹ nos lumie scie primo vsqꝫ de huius mūdi tenebris exeamus: ne de tenebris transeamus ad tenebras: et tenebras sempiternas. Que aūt est ista scia? ꝑfecto scire qꝛ veniet dn̄s etsi qn̄ veniet scire nō possumus At dices. Ista scia oīm est. quis em̄ nesciat vel noie tenus fidelis qꝛ venturus est dn̄s iudicare viuos ⁊ mortuos? Nō sane oīm est ista scia sed nec multorum: paucoꝝ est. Putas qꝛ illi qui cuz malefecerint letātur ⁊ exultāt in rebus pessimis vel sciant vel recogitent quia veniet dn̄s? Si dixerint ipsi tu noli credere qm̄ qui dicit se nosse deum et mandata eius non custodit mendax est. Nec em̄ se ita oi impuritate poluerent si dn̄m ad iudiciū venturum scirent. Hec bern. Patet igitur quia non sufficit scientia aut fides habitualis: sed requiritur etiam actualis et attenta consideratio que cor tangat et compūgat et ad diuinum timorem efficaciter inducat. ¶ Explananda est igitur et approbāda futuri iudicij certitudo per tres speciales cōsiderationes.

Prima est consideratio declaratiue testificationis.

Secunda est consideratio cōfirmatiue rationis.

Tercia est consideratio instructiue exhortationis.

Prima igitur est cōsideratio declaratiue testificationis. Adducendū est autem ad hoc triplex testimonium Primū est testimonium diuine reuolutionis. Sc̄m est testimonium ecclesiastice confirmatiōis. Tertium est testimonium affectiue declarationis. ¶ Primū igitur est testimonium diuine reuolutionis. De quo di. bs. augu. xx. de ci. dei. c. i. De die vltimo iudicij dei quod ipe donauerit locuturi eumqꝫ assertur i aduersus impios et incredulos tanqꝫ in edificij fundamento pri⁹ ponere debemus diuina testimonia. Hec ille. Hm̄oi autem testimonium est triplex. ¶ Primo videndum est testimonium ꝓpheticum. quod scilicet sumitur ex veteri testamento precipue ex prophetis. Unde deut. xxxij. Iudicabit dn̄s populum suum. Et ps. Parauit in iudicio thronuz suum. Et ecclesiastes. iij. Uidi sub sole in loco iudicij ipietatē: et in loco iusticie iniquitatem et dixi in corde meo. Iustum et impium iudicabit dn̄s et tempus ois rei tunc erit. Item ysa. iij. Dn̄s ad iudicium veniet cuz senatoribus populi sui. Et ca. xiij. Ecce dies dn̄i veniet crudelis et indignationis plenus et ire furorisqꝫ. Et iohe. ij. Conturbentur omnes habitatores terre qꝛ venit dies dn̄i qꝛ prope est dies tenebraꝝ ⁊ caliginis. Sūt et alie plurime prophaꝝ auctoritates futuri iudicij dei approbatiue quas ad p̄ns pertranseo Sc̄do videndum est testimonium euangelicum. Nam math. xxv. fit exp̄ssa mentio de futuro

iudicio. Jt.math.xi.cum domi
nus obiurgaret ciuitates in q̄
bus virtutes fecerat/nec tamē
crediderant ait. Ue tibi choro-
sain. ve tibi bethsaida: quia si
in tyro et sydone facte fuissent
virtu.ꝛc. sequitur. Ueruntamē
dico quia tyro ꝛ sydoni remissi-
us erit ꝙ vobis in die iudicij.
Et math.xij. Uiri niniuite sur
gent in iudicio cum generatio
ne ista et condemnabunt eam/
quia penitentiam egerunt in
predicatione ione. Notandum
tamen pro intelligētia istorū
verborum secūdum ric.in.iiij.
dist.xlvij. Q' extendendo nomē
iudicandi quinqꝫ modis potest
alicui conuenire iudicium. Pri
mo ex ordinaria potestate ꝛ sic
iudicabit tota trinitas. Secun
do ex auctoritate delegata: et
sic iudicabit xp̄s hō. Jo.v. Pr iu
diciū oē dedit filio. Tertio a sses
soria dignitate: ꝛ sic iudicabūt
viri pfecti q̄ erūt p pfectiōe su
orū meritorū iudici assistētes.
Uñ math.xix.di. dñs apostolis
Amē di.vo. qvos q̄ secuti estis
me in re.cū se.fi.ho.in se.ma.s.
sedebitis ꝛ vos super sedes iudi
cātes.xij.trib⁹ israel. Quarto
approbatione. ꝛ sic iudicabunt
oēs electi approbando iudicis
sniam. Apo.xix. Audiui quasi
vocē tubaꝝ multaꝝ in celo di-
cētiū all'a: laus glia ꝛ virt⁹ deo
nr̄o q̄ vera ꝛ iusta iudicia eius
Quīto cōpatione. ꝛ sic min⁹ ma
li iudicabūt magis malos ꝛ sic
sumit iudicare in auctoritate
preallegata de niniuitis.

¶ Tertio vidēdū est testimoniū
aplicū. Ubi pcurrēde sunt aliq̄
aploꝝ auctoritates. Uñ.ij.pe.
iij. Uenient in nouissimis diebus
i deceptiōe illusores iuxta pro
prias ɔcias ābulātes ꝛ dicētes.
Ubi est pmissio aut aduēt⁹ ei⁹.
ꝛc.seq̄t. Celi aūt q̄ nūc sūt ꝛ tra
eodē vbo repositi sunt igni res-
uādi in diē iudicij ꝛ pditiōis ipi
orū hoim ꝛc. Aug. aūt exponen
do hāc auctoritatē.xx.li.de ci.
dei di. Celos istos aereos intel
ligim⁹ quoꝝ locū ꝛ spaciū aq̄ di-
luuij crescēdo supauit: nō autē
illos supnos. vbi sol et luna ac
sydera ɔstituta sunt. Jtē.i.pe.
iiij. Reddēt rōnē ei q̄ parat⁹ est
iudicare viuos ꝛ mortuos. Et
paul⁹ Ro.ij. An ignoras q̄m be
nignitas dei ad pniam te addu
cit: tu aūt sꝫ duriciā cordis tui
ꝛ impenitēs cor tuum thesauri
zas tibi irā in die ire ꝛ reuelati
onis iusti iudicij dei. q̄ reddet
vnicuiqꝫ sm opa eius. Si in ad
uētu pricipis ɔfundit pditor: si
in aduētu plati iusti ɔfun. dit sa
crileg⁹: si de mū adultera mari
to supueniēte stupescit. q̄d facē
poterit aia pditrix: sacrilega ꝛ
adultera in aduētu iudicis sū-
mi regis eterni ꝛc. Jtē.ij.cor.v
Oēs nos manifestari opꝫ ante tri
bunal xp̄i vt recipiat vnusquisqꝫ
put gessit siue bonū siue malū
Nō bn̄ t minos. Oēs (gnalr sine
exceptiōe) nos (psonalr sine ex-
cusatiōe) ma. (euidēt sine occul
tatione) oꝫ (necessario sine eua-
sione) añ tri.x. (palā ꝛ publice si
ne tergiuersatione) vt re. ꝛ pro
ut ges.ꝛc. (plene ꝛ itegre pro iu
sta retributiōe. Et btūs iudas i
sua canonica di. Ecce venit do
minus in sanctis milibus suis
facere iudicium contra omnes
ꝛ arguere oēs impios de oibus

Iudicium .5. mod. conuenire alicui

Testimonium apostolorum

Testimoniū ecclastice confirmatio



opib⁹ impietatis eoꝝ q̄b⁹ impie egerūt: ⁊ de oīb⁹ duris q̄ locuti sunt contra deū pctōres impij. ¶ Secūdū pricipale testimoniū est testimoniuꝫ eccl̄iastice cōfirmatiōis. Eccl̄ia em̄ in vero ꝙ simbolo tā aploꝝ ꝙ p̄rm xp̄ꝫ venturū ad iudiciū ɔ̄fitet̄. Ideo au.li.xx.de ci.dei.c.i.di. Tenet omnis eccl̄ia dei veri xp̄ꝫ de celo eē ventuꝝ ad iudicādos viuos ⁊ mortuos. Quid ergo dicēt amplius increduli vbi tā validissima ⁊ fide digna de futuro iudicio audiunt̄ testimonia. O ptinaces pctōres. O ꝓmiculi debilissimi. Credite credite ⁊ attēte cogitate. Non sunt locuti ꝓphete: nō apl̄i: nō deniꝗ ipe xp̄s ꝟba mēdacij. q̄ tātope veritatē dilexerūt: vt ꝓ illa etiam mori nō recusarēt. O somnolēti. O pigri ⁊ carnales homies recordemini de ꝑmo aduētu dn̄i de quo per tot annorū milia acclamatum est. Veniet veniet ad redimēdū pplm̄ ⁊ ad saluādas gentes. Et tādē venit: ⁊ q̄ predicta erāt de ip̄o in scripturis: plene cōpleuit. De scd̄o aduētu eius modo oīs sacra scriptura ꝓclamat ⁊ loquitur. Ideo firmiter ē tenendū omnino ꝙ veniet. Veniet inꝗ fortis ⁊ terribilis: excelsus ⁊ gloriosus in maiestate ⁊ gloria ad humiliandos superbos: ad reprobandos luxuriosos: ad arguandos auaros ad condemnandum tandem eternis cruciatib⁹ in corpore ⁊ aīa quoscunꝗ miseros peccatores. O igitur aīa sterilis quid agis cur dormis? Cur ventur̄u iudicē tā seuere tibi cōminātē non times? Quō poteris ⁊ audebis cōparere corā iudice tā equissimo. Propterea ioh.apo.xiiij. Audiuit angelū voce magna clamātem. Timete deū ⁊ date illi gloriam ⁊ honorē q̄ venit hora iudicij eius. O prelati ⁊ magni viri ecclesie: o principes. o barones. o duces. o milites. o doctores. o iudices: o philosophi. o eloquentes oratores. o delicati iuuenes. o annosi senes. o solliciti mercatores. o artifices. o iudei. o gentiles. o christiani. o virgines. o vidue. O coniugate. Timete deum. timete deum. timete deum: quia venit hora iudicij ei⁹. veniet inꝗ ⁊ nō tardabit.

¶ Tertiū est testimoniū affectiue declarationis: scꝫ sctōꝝ q̄ ex affectione ⁊ zelo salutis aīaꝝ multa de hoc iudicio locuti sūt. Multa quippe de hoc iudicio loquit̄ aug.li.xx.de ci.dei. Et.b. in quadaꝫ ep̄la di. Veniet dies illa qn̄ plus valebunt corda pura ꝙ astuta ꝟba. ɔsciētia bona ꝙ marsupia plena: qm̄quidem iudex ille nō flectet̄ donis: nec falletur ꝟbis. Et hiero. ad sabinianū dysconū lapsum. Parce queso anime tue ⁊ crede dei futurū iudiciū. Et idē ad asellam de fictis amicis. Ante tribunal xp̄i stabim⁹. Ibi patebit q̄ mente quis vixerit. Et idem ad heliodorum de contemptu mundi. Veniet veniet dies illa qua corruptibile hoc ⁊ mortale induet incorruptionem ⁊ imortalitatem ⁊c. sequitur. Potentissimi quondam reges coram illo iudice nudo latere palpitabunt. ¶ Exhibebitur cum prole sua venere tunc igni-

Testimoniū sctōꝝ doctoꝝ

tus iupiter. Adducetur ⁊ cum suis stultus plato discipulis: aristotelis argumenta nō proderūt Tunc tu rusticanus ⁊ paup exultabis gaudebis ⁊ dices. Ecce crucifixus deus meus. hic est q̄ stuarie filius: hic mr̄is gestat⁹ sinu hominem deus fugit i egyptum. hic sentibus coronatus. ⁊c̄: O igitur humana presūptio o detestabilis ⁊ periculosa confidentia eorum qui in sua malicia dei iudicium non formidant. O insensati peccatores: cogitate diligenter quid acturi estis quid responsuri i extremo die iudicij. Pensate q̄ non sunt vane voces scripturarum que ve pctōribus nunciant. Ve (ait sap. eccli. ij.) duplici corde ⁊ labijs scelestis. Et iteruz. Ve dissolutis corde: q̄ non credūt deo. Et ysa. i. Ve gēti peccatrici. Et apo. viij. Ve ve ve habitātib⁹ in terra. i. terrenis ⁊ auaris.

Secūda est cōsideratio ꝯfirmatiue rōnis. Recta quippe ratio satis necessario cōcludit futurū esse dei iudiciuz. Dicit quidem ansel. ꝙ deus est q̄ nichil maius aut melius excogitari potest. Ois itaq̧ rō bene ordinata dicit deum esse summe bonum: summe iustum: summe sapientem: summe potentē: ⁊ summe misericordem. Cū ergo sit summe bonus omnia peccata summe sibi displicent: tātum enim sibi displicent q̄tuz bonus est. Et cum sit summe iustus: summe vult ea punire. Et cum sit summe sapiens/ omnia clarissime videt ⁊ omnia summe vult ad rectum ordinem reducere. Et cum sit summe potens nichil est quod eū possit in' his impedire. Cum vero sit summe misericors: summe vult oīa bona remunerare. Manifestū est autem ꝙ in pn̄ti vita nō fit oīm peccatoꝝ punitio neq̧ oīm bonoꝝ retributio: cū multos etiā magnos pctōres videam⁹ multas habere ꝓsperitates: ⁊ multos deo seruiētes multas ⁊ grauissimas aduersitates sustinere ergo necesse est vt alibi fiat iudicium omnium: in quo fiat oīm maloꝝ punitio ⁊ bonoꝝ retributio/ Si quis aūt obijceret q̄ vt habetur Nau. i. Non iudicabit deus bis in idipsum sz deus iudicat de singulis operib⁹ hoīm in morte cuiuslibz: ⁊ cuilibet retribuit iuxta opera sua ergo non est expectandum aliud iudicium iu fine mundi. Rn̄deo fm ricar. in. iiij. xlvij. dist. ꝙ iudiciū qd nūc fit in morte est singulare scz de psona singulari: est etiā partiale scz tantum supra partē hois scz supra animā est etiam multis ignotum Erit ergo aliud iudicium in fine scli habens tres cōditiones oppositas: qd vz erit generale respctū omnium totale supra totuz hominem scz aīam ⁊ corpus. ⁊ omnibus manifestissimū/ Aie etiā beatoꝝ separate a corpore non habent perfectam suam btitudinem eo ꝙ nō habēt perfectuz nature sue modū: ⁊ etiā ꝓpter naturalem inclinationem ad corpora. Unde di. aug. ꝙ aie beatorum aliquomodo retardantur nec ex toto feruntur in contēplationem diuine maiestatis Similiter nec aie reproborum habent sue dānationis comple

mentum q̄diu sunt separate.
Nō ergo iudicabit deus bis in
idipsum: qꝛ penam quam aīa-
bus ante inflixerat iterum non
infliget: sed quod deerat supad
det. Erit ergo iudiciū illud ge-
nerale: totale ꝛ manifestissimū
hinc aug.li.xx.de ci.dei.c.i. Il-
le dies iudicij proprie iā vocat
eō q̄ null⁹ ibi erit imperite que
rele locus cur iniustus ille sit
felix ille iustus infelix omniuꝫ
namqꝫ tunc non nisi bonoꝝ va
ꝛ perfecta felicitas. ꝛ oīm non
nisi maloꝝū dignaꝛ summa in-
felicitas apparebit.

Tertia est consideratio in
structiue exhortationis:
que talis est. Cum enim totꝛ tā
tis testimonijs ꝛ approbationi
bus de diuino iudicio certifice
mur: ꝛ totꝛ tantis auctoritati-
bus pulsemur: ad recogitandū
ꝛ cōsiderandum terribilissimū
dei iudiciū: attente igitur atqꝫ
vigilanter pēsem⁹ q̄ta sit nobꝫ
indicta necessitas bene ꝛ iuste
viuēdi vt securi possim⁹ coram
illo summo iudice comparere:
et damnationis sententiā eua-
dere. Iuxta illud Job.xix. Fugi
te a facie gladij: scilꝫ diuine iu
sticie: qꝛ vltor iniq̄tatis gladius
est ꝛ scitote esse iudicium Fre-
quens vtiqꝫ recordatio diuini
iudicij plurimū p̄dest ad salutē
Ideo bene dicit greg. P̄ntis tē
poris si qua est ita agenda ē le
ticia vt amaritudo sequentis
iudicij nunq̄ recedat a mēoria
Utilis est autem huiusmodi re
cordatio precipue ad tria.
¶ Primo ad emolliēdā cordis
duritiam. Ex cōsideratione nā
qꝫ diuini iudicij terret cor hūa
num ꝛ sic mollit ꝛ cōpūgit. Job
xxiij. Dn̄s emolliuit cor meum
ꝛ op̄s conturbauit me. Et greg
xvi.mor. Ex diuino munere cor
emolliri dicitur quando super
ni iudicij timore penetratur.
Nec sine causa emolliri debet
cor durum ex recordatione fu-
turi iudicij: qꝛ vt dicit eccle.iij
Cor durum male habebit i no
uissimo. Legim⁹ in vi.pa. q̄ quī
dam interrogauit senez. Unde
abba michi hoc. Cor meum du
rum est: nō timet deum ꝛ quō ti-
mebo? R̄n̄dit senex. Puto q̄ si
homo in corde suo teneat in in
crepationem possidebit timorē
Dixit ei frater. Et q̄d est incre-
patio? R̄n̄dit senex. Ut in oī re
increpet homo animam suam
ꝛ cogitet q̄ necessario oportet
ipsam deo occurrere ꝛ increpa-
tionem eius ꝛ sanctorum susti
nere. ¶ Secundo valet ad agē-
dam pro delictis penitentiam
Unde act.xvij. dicebat paulus
Deus noster annunciauit ho-
minibus vt omes vbiqꝫ p̄niam
agant eo q̄ statuit diem in qua
iudicaturus est orbē in equita
te. Legit in vi.pa. Abbas āmon
rogatus vt diceret verbū edifi-
cationis: ait. Talē debet hō fa
cere cogitationē suā qualē la-
trones ꝛ iniqui qui sunt in car-
cere iudicandi. qui querunt fre
quenter vbi est iudex: quādo ve
niet ꝛ malorum suorum conscij
flent. Ita ꝛ homo debet animā
suam obiurgare ꝛ dicere: Ue mi
chi: quomodo habeo astare an
te tribunal xp̄i ꝛ maloꝝ meorū
reddere rationem.
¶ Tertio ad excitandaꝫ boni
operis diligentiaꝫ. Ideo postq̄

saluator Math.xxiiij.locut⁹ ē de suo aduentu ad iudiciū. post ea di. Uigilate scilicet ī bonis operibus: quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Nescitis inq̄ꝫ qua hora venturus est ad vestrum iudiciuꝫ particulare ī hora mortis. neqꝫ ad iudicium vniuersale in fine mūdi. Et sicut di. greg. Qualis hic quisqꝫ egreditur: talis ī iudicio presentabitur. Ergo sicut di. paulus. gal. vi. Dum temp⁹ habemus operemur bonum: Narrat petrus alphunsus ꝙ quidā sanctus heremita ne obliuioni traderet hec habebat scripta pre oculis: ꝛ ea freq̄nter in oratione et meditatione ruminabat di. O anima mea recogita q̄d operaris dū potestas est in manu tua: anteq̄ꝫ mouearis de loco tuo: anteq̄ꝫ venias ad locum in quo est iusticia ꝛ iudiciū. vbi leges oīa q̄ fecisti ī rotulo ꝯscie vbi āgeli a dextris ꝛ a sinistris tuū denudabunt consilium. vbi omnes fratres ꝛ amici tui te deserent. redemptionem nullam tibi inuenient. te obliuioni tradent. Memento ergo nunc duz potes creatoris tui. Hec sepe recolens fremebat tremēs ꝛ flebat eccl'iastes. xi. Si annis multis vixerit homo ꝛ in his omnibus letus fuerit: meminisse debet tenebrosi temporis ꝛ dierum multorum qui cum venerint vanitatis arguentur preterita. Hec igitur crebrius cogitemus vt ad opera virtutū persamplius excitemur. Talis vtiqꝫ meditatio sollicitū hominez facit in bonis agendis ꝛ multū valet ad alleuandum presentis vite labores. Unde gre. in omelijs. Diem illum fratres carissimi ante oculos vestros ponite ꝛ quicquid modo graue cernitur in eius comparatione leniatur.



**Secunda** principalis consideratio est consideratio premonstratiue significationis. Ubi cōsideranda sunt signa precedentia finale iudiciū. Et circa huiusmodi signa notande sunt tres speciales considerationes.

Prima est consideratio mirifice presignationis.

Secunda est consideratio terrifice expositionis.

Tertia est consideratio euangelice instructionis.

Prima igitur est cōsideratio mirifice presignationis. Ubi considerandum est ꝙ terribilissimum dei iudiciū terribilia ꝛ mirabilia quedam signa precedent. Sicut enim di. greg. Ultima tribulatio multis tribulationibus preuenitur et per crebra mala que preueniūt indicātur mala perpetua que subsequuntur quia multa mala debent precurrere vt maluꝫ valeāt sine nunciare. Hec ille. Nec tamē intendo omia huiusmodi signa recitare: sed aliq̄ tantum de his presertiꝫ que sacris scripturis exprimuntur inter que sunt tria generalia.

¶ Primum est iniquitatis ꝛ viciorum inundatio.

Secundum est terribilis elemētorum commotio.

Tertiū est mirabilis, supnoruz
immutatio.
tur: q̄to magis ea q̄ sunt diffici
liora et meliora. ¶ Tercia ē be
nedictio gl̄iose renumeratiōis
cum di. possidete regnum rc. re
gnū inq̄ vobis pmissū. diu desi-
deratum hmmilit̄ requisitū. hoc
est gl̄iosa r honorifica possessio
Ideo regni noie designat̄. sap.
v. Accipiēt regnū decoris r dya
dema spei de manu dñi vnde di
cet eis. Uos estis qui permansi-
stis mecū in tētationibus meis
Et ego dispono vobis sicut dis
posuit michi pater meus regnū
vt edatis et bibatis super men
sam meam in regno meo. Ut ha
betur. lu. xxij. De hmōi regni a-
deptione gratias agūt deo oēs

sancti dicentes illud apocal.v. Redemisti nos dñe in sanguine tuo ex oi tribu et lingua et populo et natione et fecisti nos deo nostro regnum. O q̃ gloriosum est regnũ i quo cum xp̃o regnãt oẽs sãcti in quo est ois iocunditas omnis suauitas omis bonorũ plenitudo: ois pax ois cõcordia: ois sacietas: oẽ deniq̃ bonum. Nullum prorsus incommodum: nulla tristicia: nullus labor: nullus fastidium nullus error: nulla discordia: nullum deniq̃ malum. Est itaq̃ regnum summe desiderabile. Tũ qr summe delectabile. propter omnimodam iocunditatez. Tũ qr summe honorabile. propter inestimabilẽ dignitatẽ. Tuz qr prorsus interminabile. propter durationis perpetuitatẽ. O igitur pctõres insensati. Cur non cogitamini regnum illud acqui rere cui profecto totus iste mũdus cum omnibus suis oblectamentis in nullo comparari põt.

SEcundum est misteriuz sũme formidalis maledictionis. Qñ scz iudex eternus facie terribili ad sinistram aspiciens proferet illud tonitruum graude et horrẽde maledictionis sẽtentiam ɔtra impios d. Ite maledicti in ignẽ etnum qui paratus est dyabolo et angelis eius Tunc (sicut ait ps̃.) loquetur ad eos i ira sua. O q̃ terribile erit vocem illam audire. Amos.iij. Leo rugiet quis nõ timebit? Et aug. sup Jo. Qui ceciderunt ad vocẽ vnã xp̃i morituri quid facient sub voce iudicaturi. Certe tunc vox dñi erit in virtute vox dñi in magnificẽtia vox domini confringentis cedros nã tunc ɔfringet dñs cedros libani.i. superbos et elatos ei⁹ inimicos q̃ mox vt honorificati fuerunt et tanq̃ cedri exaltati deficientes quẽadmodũ fum⁹ deficiẽt. cum scz in hoc iudicio humiliati fuerint a dño et quasi penitus ad nichilũ redacti. cum dicet eis Ite maledicti. ꝛc. Chris. Ite maledicti non a patre meo neq̃ em ipez vos maledixit sed opa ꝓpria in ignem eternum qui paratus est non vobis sed dyabolo et angelis eius. qr vero vos ipsos i ignẽ misistis vobis ipsis iputate. hec chri. In premissa autem sententia condẽnationis triplex tãgitur vehementer formidãda maledictio totis animi uisceribus precauenda.

Prima est maledictio cõfusibilis reiectionis. Dum dicit: ite. Scda maledictio tribilis exprobrationis Cum di. maledicti. Tertia est maledictio irremediabilis punitionis. Cum dicit in ignem. et cetera.

¶ Prima est maledictio confusibilis reiectionis. Cũ dicit Ite Chris. Quasi qui non sufferat presentiam illorũ vel aspicere sic dicit. Discite a me. Nam deus qui in sanctitate delectatur animarum peccatrices aias aspiciens quasi grauatus nõ suffert. tanq̃ si dicat eis quasi putredo et spurcicia estis nec tãdiu vos sustineo q̃diu statis in iudicio meo. Hec ille. O q̃ durum verbum. Ite discedite a me Aspera vox. Ite vox est benedicta. Venite. Ber. O q̃ graue: q̃ immite: a sinistris erit. Ite Cuz a dextris vos venite: dicet

rex largitor vite. Tunc sicut dr
in cōi. puer. Qđ sibi quisq3 sicut
p̄sentis tp̄e vite. hoc sibi messis
erit dum dixerit. Ite. Uenite. O
q̄3 formidanda vox. Ite. Et vere
hāc vehemētissime formidare
debem⁹ cum dicit sal. mat. vij.
Multi dicent michi in illa die.
Dñe dñe nonne in noie tuo pro=
phetauim⁹ et demonia eiecim⁹
et virtutes multas fecimus. Et
tūc ɔfitebor illis dicens qr nūq3
noui vos. Discedite a me qui o=
peramini iniquitatē. O q̄3 gra=
uis et anxia discessio. O q̄3 ɔfusi
bilis reiectio. Tunc siquidē ap
parebit illius seueritas magis
cuius nūc patet mia copiosa.
Certe nēo scit q̄3 districtū erit
hoc iudiciū q̄3 terribilis ⁊ seue=
ra sentētia hoc iudiciū tremēs.
ps̄ dicebat. Non intres in iudi
cium cū seruo tuo dñe: qr non iu
stificabitur in cōspectu tuo ois
viuēs. Multi certe nūc iusti cre
duntur ⁊ se bonos aribtrantur
qui tunc reprobi iuenient. Mul
ta nunc bona ⁊ meritoria repu=
tant que appensa libra diuine
iusticie dānabilia videbuntur.
Ideo sicut dicit gre. Justi oē qđ
agunt me uūt dū tm̄ ɔsiderant
añ q̄3tum iudicē stabūt vñ. i. pe.
iiij. Si iustus vix saluabit impi
us et pctōr vbi parebūt. ¶ Scđa
est maledictio terribilis exᵽro
brationis Cum dicit. maledicti
O q̄3 ignominiosa exprobratio.
q̄3ti q̄ppe honoris est ab ore eter=
ni iudicis ɔmendari tāte ɔfusio
nis est et opprobriū ab eo incre=
pari. Nunc quippe de⁹ offendit
et tacet. dehonoratur a pctōri
bus et dissimulat. contēnitur in
preceptis suis et sustinet. nō pu
nit. non rigorez iusticie exercet
sed multipliciter miam exhibet
Tunc vero rigorē iusticie ma=
nifestabit: tunc palā arguet et
exprobrabit. Isa. xlij. Tacui, sē
per silui: patiens fui: q̄si parturi
ens loquar. exprobrando scilz
pctōres miseros ⁊ maleditionē
eis inferendo. O q̄3 intolerabi=
lis erit ɔfusio in cordibus in su
perbia obstinatis ⁊ tumidis im
pio2 ab ore tanti iudicis in con
spectu multitudinis infinite ma
ledictionis iacula sustinere. In
flatus quippe spūs hois adhuc
in carne viuētis plus eligeret ⁊
tolerabilius sustineret graui pe
na sēsibili torq̄ri q̄3 maledictio
nibus ⁊ opprobrijs obiugari. q̄3
to igitur tūc erit reprobis illis
ɔfusio grauissima cū eos etern⁹
iudex in ɔspectu tāte multitudi
nis tam aspere icrepabit expro
brabit aūt eis p̄cipue tria. Pri=
mo mala q̄ ɔmiserūt. Ecci. xli.
Ue vob3 impij q̄ dereliq̄stis legē
altissimi. ⁊c. ⁊ seq̄tur. In maledi
ctione erit pars vestra. dicet ita
q3. O maledicti superbi rebelles
et inobedientes preceptis me=
is. O maledicti auari qui me cō
tēpto terrenis adhesistis. vsura
rij: raptores: fures: fraudulenti
qui propter amorez mundi tot
mendacia et tot fallacia ɔmisi
stis. O maledicti fornicatores ⁊
adulteri qui more porcino car=
nis voluptates q̄siuistis. O ma=
ledicti blasphemi et piuri q̄ deū
nō timuistis O maledicti inui=
di detractores et iracundi qui
fraternam caritatem violastis.
O generaliter maledicti oēs et
singuli pctōres qui pctm̄ elegi=
stis quod deo esse abhomiabile

scire debuistis. Nā vt dicit ps̄. Maledicti qui declinant a mā datis tuis. Secundo exprobrabit bona que omiserūt quasi dicens cuilibet eorum illud Mat. xxv. Serue male ꝛ piger. Inter bona aūt om issa specialiꝭ exprobrabit opera mie vt habetur. Mat.xxv.d. Esuriui et non dedistis michi mādicare.ꝛc. Ubi est contemplanda triplex veritas. Prima ē veritas exprobrationis.cum dicit. Esuriui ꝛ non dedistis.ꝛc.vsꝗ ibi.et non visitastis me Obijcitur autē specialiter damnatis omissio operuꝫ mie vt sic palā ꝯfitentur vt indigni mia qꝛ miam nō fecerunt Leo papa ser.de apparitione. In illo summo iudicio tanti extimabitur vel largitatis benignitas/ vel tenacitatis impietas.vt pro plenitudine oim virtutum ꝛ pro summa oim ꝯmissorū ꝛ per vnū malum isti in ignē mittentur eternum.per vnum bonū illi introducunꝭ in regnū hec ille Cōsiderandū etiam in hoc sicut dicit gre. Si tanta pena mulctatur qui sua nō dedisse ꝯuincitur. qua pena feriendus est qui aliena redarguiꝭ abstulisse.q.d. Si tm̄ puniꝭ qui esurientē non pauit: ꝙto ergo q̄ vsuris et rapinis esurientes fecit. et sic de alijs. Scd̄a est veritas lamentationis.ibi. Tunc rn̄debunt et ipsi dicentes. Dn̄e qn̄ te vidimus.ꝛc. vsꝗ ibi et non ministrauim⁹ tibi breuiter repetūt: qꝛ vt dicit orige. Malorum ꝛ superborum est culpas suas excusationis causa aut nullas esse ostēdere/aut leues aut paucas. Tercia est veritas confirmationis.qꝛ tunc respondebit illis.d. Amē dico vobis.ꝛc̄.vsꝗ ibi nec michi fecistis. Tercio exprobrabit eis beneficia q̄ a deo receperunt.scꝫ beneficium creationis.q.d.cuilibet eoꝝ illd̄ deuteron̄.xxxij. Deuꝫ qui te genuit dereliqstiꝫ oblit⁹ es dn̄i creatoris tui vn̄ficium et gubernationis ꝛ instructionis ꝑ angelos/ꝑ patriarchas et prophetas/ per aplos/et tot et tantos ecclesie sanctos doctores. beneficiū etiam redēptionis exprobrabit dicens illud vel sile qd̄ Chrꝭ.sup Mat.ait. Ego ꝓpter vos hō factus sum alligatus/derisus cesus et crucifixus. Ubi est tantaruꝫ iniuriaꝝ meaꝝ fructus? Ecce precium sanguinis mei quē dedi pro redēptione vr̄a. Ubi ē seruitus quam michi pro tanto precio fecistis? Ego super gloriam meam vos habui cuꝫ essem de⁹ apparēs hō et viliorem me oibus rebus vestris habuistis. Nā rē vilissimam terre ampli⁹ dilexistis ꝙ iusticiam meā et fidem.hec chri. O scelerati et ingrati pctōres.q̄d mali feci vobꝫ quid pro salute vestra facere debui quod non feci? Uidete caput meum splendidum.hoc est illud quod pro vobis spinis fuit coronatum. faciem meam nunc sole lucidiorem habui fetidissimis sputis pro vobis deturpatam. Corpus hoc gloriosum quod inspicitis pro vobis fuit dure flagellatum et in cruce ꝯfixū. Ecce signa Aspicite loca clauorū aspicite manus. aspicite pedes aspicite latus. ¶ Tercia est maledictio irremediabilis punitionis.cum dicit in ignem eternū.

Mat.iij. Paleas cõburet igne in
extīguibili. Et deuteronõ. xxxij.
Ignis succensus est in furore
meo. et ardebit vsq3 ad īferni no
uissima deuorabitq3 terra cum
germine suo. i. hoīes terrenos
et montium fundamenta com=
buret. i. superbos. O examē hor
rendum. O tremendum iudici=
um. O sententia diffinitiua mo=
dis omnibus metuēda locis oī
bus meditanda. ac totis viribus
declinanda. Tunc enim quis eā
poterit expectare? quis poterit
illam sustinere? Illa cum prola
ta fuerit nulla poterit potētia
infirmari. nulla sapientia reuo
cari. nulla prece vel precio mi=
tigari. nec ab ea ad alium iudi
cē poterit appellari. O q̃ terri=
bilis est sententia illa q̃ formi
midalis q̃ postremo desolabi=
lis. omni quidem amaritudine
plena ac omni penitus remedio
priuata. Quod vtiq3 euidenti⁹
considerare poterimus in singu
la illius sentētie verba sicut pō
deranda merito sunt sic ea cor=
dis statere ponderemus. Cogi=
temus itaq3 et considermus quo
niam reprobi videntes se nō vo
catos ad regnum cum bonis po
terunt ita dicere cum anxio ge
mitu et amaritudine. Heu dñe
non sumus digni possidere re=
gnum tuum eternale / tamen ex
tua benignitate et pietate con
cede saltem q9 ad pedes tue ma
iestatis possimus stare. Tunc
ergo iudex iratus precipit eos
a se abijci. d. ita. discedite a me.
Secundo poterūt dicere. Eheu
dñe etsi nos infelices a te repel
lis tamen in nostro recessu be=
nedictionem tua3 nobis tribue
Contra subdit terribilem male
dictionem. d. maledicti. i. malis
perpetuo additi. q. d. nullam ha
bebitis benedictionem sed om=
nimodam maledictionem. Ter
tio poterunt dicere. O immen=
sa pietas / si tū tua maledictiōe
nos repellis: saltem in loco re=
frigerij nos collocare digneris.
At contra acerbissime pene in=
carcerationem infert. d. in ignē
q. d. nullum prorsus vobis erit
refrigerium. sed in igne acerbis
simo eritis. Quarto si dicant.
Heu heu dñe rex pietatis et mie
et si i tali acerbissimo igne nos
precipis cruciari saltem nobis
statue breuē terminum Contra
subiūgit eternum. q. d. nunq̃ in
de recedetis. Quinto si lachry=
mabiliter subdant. Ooo si in tā
tis sumus cruciatibus eternali
ter permansuri saltem principē
et rectorem nobis tribue q̃ nos
humaniter gubernet. Contra
sup eos statuet dyaboli dñatio=
nem. d. qui paratus est dyabolo
Ulterius si gementes et vlulan
tes dicant. Ooo iustissime et mi
sericordissime iudex. Si talem
nobis preficis dominatore3 sal
tem nobis gratam exhibe socie
tatem vnde aliquā habere pos=
simus consolationem modica3
Contra subiungit demonū asso
ciationem. d. et angelis eius.
O consortium atq3 tormentum
horribile ad imaginandū / hor
ribilius ad videndum / sed hor
ribilissimum ad sustinendum.

TErcium est mysteriū pror=
sus ineuitabilis executio
nis qr ibunt hi. s. reprobi in sup
plicium eternum. Iusti autem ī
vitam eternam. Ubi tanguntur

Damnatorum miserabilis supplicatio ad Xpm
Christi dira et crudelis responsio

tres speciales executiones.
Prima ē executio summe deso:
lationis discessionis: cum dici:
tur. Ibunt hi.
Secūda est executio summe mi
serabilis afflictionis. cum dicit
in sup. eter.
Tercia est executio summe con
solabilis introductiōis. cū dr.
Justi aūt in vitam eternam.
¶ Prima est executio desolato
rie discessionis. qz Ibunt hi. sci
licet reprobi. i. discedent a deo
et sanctis. Et nota licet pri⁹ sit
posita sentētia tñ p bonis ꝙ cō
tra malos. Tamen in executio:
ne prius noīatur pena malorū
ꝙ gloria bonorum. Judicis em̄
summe boni proprium est prius
et magis recordari bona facta
bonorum ꝙ mala malorum. Sz
prius in executione nominatur
pena vt nos prius que timoris
sunt mala euadere studeamus
Postmodū vero que sunt hono
ris bona appetere discamus.
Uel quia reprobi ex cōdigno dā
nationis sue supplicia merue:
runt. Electi vero gloriam ma:
gis ex dei mia ꝙ ex suis meritꝪ
obtinebunt. Item prius mund⁹
purgandus erit reprobos expel
lendo omnesqꝫ mundi feces et
fetores cū eis in baratrum de
uoluendo vt scilicet mund⁹ pul
cher et nitidus remaneat ad cō
solationem electorum. Separa
buntur ergo primo reprobi a
consortio bonorum. Erit autē
hec separatio pena sibi grauissi
ma. vnde chri. super illud Mat.
vij. Omnis arbor que non facit
fructum bonū excidetur. d. Hor
rendum est gehēne supplicium
et res intolerabilis tñ si decies
mille gehennas ponat aliqs ni:
chil tale dicturus est quale est
ab illius btē glie propelli hono
re et xp̄o exosum eē. hec ille. In
hac aūt reproboꝝ separatione
triplex est priuatio inextimabi:
liter dānosa. Prima est p̄uatio
celestis habitationis. et hec est
multum dānosa. Exclusio vide:
licz a celo empireo quod est lu
minosissimum et delectabilissi
mum. Nā sicut dr apo. xxi. Non
intrabit in illā. s. in ciuitatē ce:
lestē aliqd coinqnatū aut abho
minationē faciēs ꝛ mendaciū
nisi qui scripti sunt in libro vite
et agni. Scda est priuatio glori
ose associationis. s. oim beatoꝝ
Apo. vl. Foris canes et venefi:
ci ꝛ impudici ꝛ homicide et ydo:
lis seruientes et omnis q amat
et facit mendacium. Tercia est
priuatio diuine visionis et frui:
tionis. qz sicut dicitur sap. xiiij.
Sunt deo odio impius et impie
tas eius. Ideo nō possunt admit
ti ad visionem diuinitatis que
etiam non videtur nisi mundo
corde. Mat. v. Beati mūdo cor
de qm̄ ipsi deum videbunt. O
ꝙtus dolor ꝙta angustia erit
reprobis sic a deo reijci. Nam
cum deus sit summum et immē
sum et infinitum bonum de ei⁹
amissione erit summus dolor in
reprobis. O ꝙtus luctus omniū
ꝙtus vlulatus et gemitus ꝙta
doloris acerbitas; ꝙta ꝛ ꝙ inef
fabilis eorum calamitas in illa
actuali ꝛ ppetua separatione a
dei gloria et consortio beatoꝝ.
¶ Scda est executio summe mi:
serabilis afflictionis: qz in sup:
pliciū eternū. Ibi triplex tangit
afflictio grauissima. Pria est af

flictio horribilis incarceratōis
cum dr̄ etiam. Ibunt eñ in ter
rā tenebrosam et optam mor-
tis caligine. vbi vmbra mortis
et nullus ordo sed sempiternus
horror inhabitans. vt dr̄ Job. x.
Et mat. xxv. Seruum inutilē eij
cite in tenebras exteriores. ps̄.
Erubescāt impij ⁊ deducant̄ in
infernū. O ꝙtus horror tūc eoꝝ
corda inuadet cū tenebrosum
illū carcerē introibūt inde nūꝙ
egressuri. nunꝙ lumē visuri. b.
O quid erit cū se viderit illa mi-
serada ꝯditio oī ꝯsolatione nu-
datam i illas tenebras exterio
res excuti et ab illa btōꝝ eccl'ia
ꝑpetua et cōmunione excludi.
Scd'a est afflictio itolerabilis
cruciatiōis qr ibūt in suppliciū
.s. in in ignē. ps̄. Pones eos in
clibanū ignis in t̄pe vult⁹ tui.
Dn̄s in ira sua conturbabit eos
et deuorabit eos ignis. Item.
Ignis sulphur ⁊ spūs procella
rum pars calicis eoꝝ. Et apoc.
xxi. Timidis ⁊ incredulis et ex-
ecratis ⁊ homicidis et fornica-
torib⁹ ⁊ veneficis et ydolatris
et oībus mendacibus pars illo-
rum erit in stagno ardēti igne
⁊ sulphure. quod est mors secun
da. Et eze. xxij. Cōgregabo vos
in medio fornacis. succendam
vos in igne furoris mei. Sic er-
go prolata terribili sentētia cō
tra malos. s. Ite maledicti. ⁊c.
potentissimus et rapidissimus
flatus ignis impios inuoluens
subito pariter eos demerget in
infernum. Sic itaꝙ dyabolus
cum toto corpore suo. i. innume
rabili multitudine reproborum
subito precipitabitur in infer-
num. sicut ait greg. in mora ex-
ponens illud iob. Cunctis vi-
dentibus precipitabitur. Quia
eterno iudice tunc terribilr ap
parente/ astantibus legionib⁹
angeloꝝ. assistente cuncto mi-
nisterio celestiū ptātū atꝙ ele-
ctis oībus ad hoc spectaculum
deductis. Ista belua crudelis ⁊
fortis. i. dyabolus in mediū ca-
ptiua deducetur ⁊ cum suo cor-
pore. i. reprobis oībus/ eternis
gehenne īcendijs mancipabi-
tur. cū dicetur. Ite maledicti in
ignem eternum. O quale specta
culum illud erit qn̄ hec imma-
nissima bestia electoꝝ oculis oñ
detur. que hic t̄pe belli nimis il
los terrere potuerat si videre-
tur. Sed occulto ac miro dei cō
silio hoc agitur. vt etiam nunc
per dei gratiam non visa vinca
tur a pugnantibus et tunc a le-
tis victoribus iam captiua vi-
deatur. Tunc autē iusti diuino
adiutorio ꝙtum debitores sunt
plenius recognoscunt. qn̄ tā for
tem bestiam viderint quantam
vicerūt ⁊ in hostis sui immani-
tate cōspiciunt ꝙtum debeant
gratie defensoris hec gre. O si
vellemus ꝯtemplari qn̄ separa-
buntur ipu a cōsortio iustorū ⁊
a visione dei et in ignem illū in
fernalē deijcient̄ ꝙta erunt illo
rum lamenta ꝙ flebiles voces
prorūperemus certe in lachry-
mas. b. in med. Quis putas tunc
meror erit/ quis luctus/ que tri
sticia/ cum separabunt̄ impij a
consortio iustoꝝ et a dei visione
⁊ traditi potestati demonū ibūt
cū eis in ignē eternum. Tercia
est afflictio interminabilis du-
rationis. quia eternum. ibunt
enim ni supplicium eternum

Isa.xxxiij.Quis poterit habita
re de vobis cum igne deuoran:
te.quis habitabit de vobis cum
ardoribus sempiternis. gre in
mora. Horrendo modo tūc erit
miseris dolor, cum formidine.
flamma cum obscuritate.mors
sine morte. finis sine fine.defe:
ctus sine defectu qr et ibi mors
semper viuit:et finis semper in
cipit.⁊ defectus deficere nescit
Non venit ad metas mortis mi
serabilis etas.
Nescit finiri/ semper ꝙ videtur
oriri.
Semper vexando/semper gemi
tus renouando.
O ꝙ̄ lugubris consideratio.heu
heu quid tūc dicturi sunt repro
bi.Certe illud sapiētie.v. Nos
insensati errauimus a via ve:
ritatis.Et sequitur. Quid no:
bis profuit superbia aut diui:
tiarum iactantia/quid nobis
contulit.Omnia ista quasi vm:
bra trāsierunt.⁊c̄.Sed heu heu
reman sit quod in eternum cru:
ciabit O ꝙ̄ta est hominis demē
tia pro delicijs aut diuicijs ⁊ ter
renis rebus transitorijs/huius:
modi perpetua corporis et ani
me subire tormēta. Unde chris.
de raparatione lapsi dicit sic.
Dic ꝙ̄ta tempora luxurie: que
deliciarum spacia comparari
vis penis sempiternis.Centuz
si placet annos demus delicijs
adde alios centum adde et de:
cies centum que erit ex his ad
eternitatem comparatio? Non
ne omne tempus vite hui⁹ quo
delicijs frui videmur ⁊ indulge
re libidini quasi noctis vni⁹ sō:
nium ad eternitatis compara:
tionem videt? Et igitur quis ē
qui vt vna nocte delectabile vi
deat somnium eternas subire
eligat penas et illud pro his re
cipere vel pro his illud commu
tare? Quid dicemus ad reposi:
tas penas? Quid dicemus ad
hoc ꝙ delicie velut vmbra trās:
eunt et velociter fugiunt:pene
vero eternaliter manent? Etiā
si equale tempus et idem spaci:
um delicijs esset positum et pe
ne:esset aliquis ita stultus ⁊ de
mens vt eligeret pro vno die de
liciaꝝ vnum diem subire pena:
rum/cum soleat dolor vnius ho
re et quilibet corporis cruciat⁹
in obliuionem mittere omne tē
pus preteritū in voluptate trās:
actum:hec chris.O eternum nū
ꝙ̄ finem habiturum corporis
et anime tam grande suppliciū
O mortis perpetue indicibile
tormētum quid dicam de te ne
scio.non enim potest verbis ex
primi nec intellectu cōcipi aut
corde comprehendi. Nam cir:
ca hanc eternitatem penarum
deficit cogitatio nullatenus at
tingit imaginatio. Posito enim
ꝙ sit vnus lapis de arena minu
tissima coagulatus ⁊ compact⁹
tante ꝙ̄titatis sicut infra con:
cauitatem vltime spere cōtine
ri posset. Et post milesies mille
annos per diuinam potentiam
vna arenulla de dicto lapide
tolleretur.et deinde post mille:
sies mille annos adhuc vna et
sic consequēter donec totus la:
pis in nichilum redigeretur.nū
quid consumpto lapide eterni:
tas predicta erit reuoluta sic ꝙ
damnatorum anime tunc a pe:
nis liberabuntur? Respondeo
tibi et dico ꝙ ꝑpetuitas illa vix

tunc fuerit inchoata. Nam fi=
niti ꝛ infiniti nulla est ꝓportio
vt habet. viij. phisicoꝝ. Si eniꝫ
hoc prescirent pctōres cōdem=
nati ꝙ dicto lapide consumpto
ab illis intollerabilibus quos
sustinēt inferni cruciatibus de
berent eripi. mirabiliter super
hac redemptionis die deberēt
sperare ꝛ sperando gaudere ꝗ̄
uis post incōphēsibiles annos
tardissime esset aduētura. Illa
enī est maxima desolatio etiaꝫ
carētia oīs spei. ꝛ nunꝗ̄ a pe
nis liberari. Isa. xxxiij. Pecca=
toꝛ desolabit in scla seculoꝛuꝫ.
Ideo querit peccatoꝛ despera=
tus et gemens. hierē. xv. Quare
factus est doloꝛ meus perpetu
us ꝛ plaga mea despabilis. Su
perq̄ puer. xi. rñdet sapieñ. di.
Moꝛtuo hoīe impio nulla erit
vltra spes. Intelligite hec q̄ ob
liuiscimi deum ꝛ ad pctā curri
tis ne infern⁹ aliñ vos rapiat et
non sit q̄ eripiat. Dic carissime
frater dic amice itelligis tu ꝟi
tatem de hoc eterno supplicio.
Sapis et ponderas exēpluꝫ de
lapide tibi superius descriptū.
Dic ergo michi quid de illo iu
dicas: quid de illo sentis? Utꝙ
magꝭ sentias cogita varias ter
rarum prouincias et imagina
re regiones singulas. perpen=
de fluuios et mare: mundū mē=
te cerne et totum perambula:
ascende vsꝙ ad celum ꝛ aerem
transuola iterum descende in
abyssum profunditatemꝙ con=
sidera. ꝛ compone in corde tuo
ex minutis arenulis lapidem/
totum vltime spere ambitum
replentem ꝛ huius lapidis yma
ginare magnitudinē ꝛ quātita=
tem: qua coꝛdialiter intellecta
dic michi amice quid tu sentis
de lapide? Immo potius quid
sentis de perpetuis quid de in=
finitis reproboꝛuꝫ penis ꝛ moꝛ
te? Puto ꝙ taliter respondebis
Uere vere loqui nescio. audiui
et turbatus sum. grandem reꝫ
intelligo propositam. veritatē
video vnde admirari non suffi=
cio. Quis inꝗ̄ non metueret q̄s
pre coꝛdis anxietate penitus
non deficeret. qui mentetenus
hunc lapidem ruminaret et in
finitas peccatoꝛum penas sem
per memoꝛaliter reuolueret.
Pone ergo hunc lapidem tan=
ꝗ̄ signaculum super coꝛ tuum
valde enim vtile tibi erit hui⁹
lapidis nunꝗ̄ obliuisci: quati=
nus si diuinus amoꝛ te non coꝛ
rigit et reuocat a malis: huius
modi speculum pene intermia
bilis saltem te aliquando cohi
beat a peccatis. Huiusmodi cō
sideratio conuertit fulconem
marcilliensem qui postea fact⁹
est vir eximie sanctitatis ꝛ epi=
scopus tholosan⁹. Ille enī nar
rat de seipso dicens. Cum esseꝫ
ioculatoꝛ ꝛ mundi vanitatibus
deditus cepi semel cogitare de
eternitate pene infernalis. Et
dixi in coꝛde meo. O fulco si ti=
bi propoueretur semper iacere
in lecto molli et delicato ita ꝙ
inde nulla occasione recederes
non posses hoc sustinere. q̄mo=
do ergo sustinere poteris iace
re in illa pena eterna ꝛ intolle
rabili carceris infernalis si te
cōtingat illuc demergi. hac er=
go occasione reliqui omnia ꝛ fa
ctus sum monachus. hec ille.
¶ Tertia est executio summe

consolabilis introductionis.
quia iusti ibunt in vitam eter-
nam.sapien.v.Justi autem im-
perpetuum viuent et apud do-
minum est merces eorum. Et
gala.vi.Qui seminat in spiritu
de spiritu metet vitam eternaz
bonum ergo facientes non de-
ficiamus tempore enim suo me
temus non deficientes. Jn hac
autem vita sunt tres considerā
de conditiones pro nunc breui
ter contemplande: de ea enim
spirante deo ampliora dicturi
sumus infra in tractatu de ce
lesti gloria beatorum. Prima
conditio nunc contemplanda
est inextimabilis bonitatis ple
nitudo. Est eñ in vita eťna ple
nitudo copiosa omnium bono-
rum.bernar. Merces sanctorū
tam magna est q̄ nō potest mē-
surari: tam multa est q̄ non po
test numerari: tam copiosa q̄
non potest finiri: tā preciosa q̄
non potest extimari. vnde ps̄.
Replebimur in bonis domus
tue. O deus eterne q̄z dulciter
et plene tunc fideles tui inebri
abuntur ab vbertate domus
tue.quoniam apud te est fons
vite. fons indeficiens beatitu-
dinis et glorie.hec est ciuitas
dei nostri bonis omnibus ad-
impleta.quapropter scribitur.
Jsa.xxxiij.Oculi tui videbunt
hierusalem ciuitatem opulen-
tam.Jtem eiusdem.xxxij.Sede
bit populus meus in pulchritu
dine pacis in tabernaculis fi-
ducie et requie opulenta.Secū
da est inexplicabilis iocundita
tis dulcedo.Jsa.xxxv. Uenient
in syon cum laude et leticia sē
piterna super capita eorū: gau
dium et leticiam obtinebunt &
fugiet dolor et gemitus. O q̄z-
ta erit leticia quando non solū
in anima sed etiam in corpore
glorificabuntur.prouerb. vlti.
Omnes domestici eius vestiti
duplicibus.i.duabus stolis.sci
licet gloria anime et corporis.
Certe istud mirandum ⁊ mul-
tiplex gaudium in cor hominis
non ascendit. Tunc cuiuslibet
beati gaudium plenum erit.
Nam intus et extra. subtus et
supra.immo circunquaq̄ mira
biliter gaudebit.intus de pu-
ritate conscientie.extra de cor
poris glorificatione.subtus de
celi visione et aliarum creatu-
rarum pulchritudine et inno-
uatione supra de visione dei.et
circūcirca de angelorum ⁊ om
nium sanctorum iocunda et de
lectabili associatione. de quo-
rum etiam omnium et singulo
rum meritis congaudebunt.
Uere vere nemo posset cogi-
tare quantum erit tunc gaudi
um in celis habitare ⁊ cum an
gelis regnare. De hac immen-
sitate gaudiorum.dicit ber. in
med. Jbi totum leticia. totum
exultatio (possidet homines q̄z
angelis sociati sine vlla carnis
infirmitate imperpetuum ma
nebunt. Jbi iocunditas infini-
ta. Tercia est interminabilis
ꝑpetuitatis certitudo. ber. vbi.s̄
Jbi btitudo sempiťna in q̄ q̄ se-
mel suscipit̄ sp tenet̄. Jbi requies
a laborib⁹. pax ab hostib⁹. ame
nitas de nouitate: securitas de
eternitate. Aug. Btitudinē oīz
bonoꝝ celestiū pficit securitas
eťna que si sola deesset oia bo-
na celestia quantuncunq̄ dul

cia vanesceret et vilescerent ex timore amittendi. Ideo assecurando discipulos dicit dominus Io. xvi. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et prouer. i. Qui me audierit absq timore requiescet et abundantia perfruetur malorum timore sublato. O igitur stultissima mũdanorum malicia et pessima eorum stulticia qui sempiternis neglectis tẽporalibus adherẽt. Incertis insistũt certissimis omissis: potius ea querunt que modica vel magis nulla sunt quam maxima et ineffabilia celestia bona. voluntarie veram vitã fugiũt. mortẽ diligũt. spernunt bonũ. deũ contẽnunt. demoni consentiunt Carissime Cur proprio caput ense secas Cur sponte cathenas demonis incurris? Cur sua iussa facis? Exurge exurge euigila: relinque dyabolũ ne postea cum illo eternaliter damneris. Cogita sepius futurum dei iudiciũ. considera terribilẽ illam et plusquam terribilẽ horrende maledictionis sententiam super obstinatos peccatores inferendã attẽde diligenter infligende pene acerbitatem et durationem interminabilem et dum tempus habes age de peccatis penitentiam ne postea velis nolis durissimã agas sine fine penitentiã penitus infructuosam. frequẽter etiam meditare. inextimabilẽ eterne consolationis dulcedinem. quam beatorum cordibus ingeret vox illa suauissima dñi dicẽtis. Venite benedicti patris mei percipite regnum. regnum inquam gloriosum regnum eternum. et toto corde affectu aspira ad tam ineffabile bonum. Mirum vtiq vehementerq mirandum quod homo qui rationis est particeps sic a rationis iudicio cadit vt spernat salubria: affectet noxia querat et desideret mortifera. O deus eterne que causa talis dementie: que ratio tante fatuitatis et insanie. Cur sibi quod tollit viuere capta homo Vere vere absq consilio est et sine prudentia. Heu heu vtinã saperent homines et intelligerent ac nouissima prouiderent

Amen.

¶ Finis secundi nouissimorum videlicet de finali iudicio.

¶ Sequitur de tertio nouissimorum videlicet de penis reproborum.



Sicut dicit sapiẽs ecclesiastici primo. Timor dñi expellit peccatum nam qui sine timore est nõ poterit iustificari Videtur autem precipuũ esse timoris incussiuum horrendũ infernale supplicium. Quis enim non timeat si cogitet penarum infernalium acerbitatẽ inexplicabilem: diuersitatẽ innumerabilẽ atq durationem iterminabilẽ horribilia quippe sunt hec ad audiendũ. horribiliora ad vidẽdum: sed horribilissima ad susti

nendū. Licet autem timoꝛ pro
ueniens ex consideratione pe-
narum infernaliū seruilis sit
ad salutē non sufficiēs. necessa
rius tamē est atq multūvtilis.
Unde dicit beat⁹ bon̄. i. iiij. dis.
xxxiiij. ꝙ tioꝛ seruilis est a spū
sancto ⁊ pꝛeparat ad spm̄ salu
tis. q̄ vt dicit aug. quē allegat
magister in littera. Bon⁹ est ti-
moꝛ seruilis ⁊ vtilis per quē sit
paulatim consuetudo iusticie.
Insuper sicut donū dei est nos-
se siue credere penas futuras
ꝓ eo ꝙ est ibi quedā cordis il-
luminatio ⁊ directio: sic donū
dei est illas refugere et timere
pꝛo eo ꝙ ex tali timoꝛe est que
dam cordis illuminatio ⁊ flux⁹
cōcupiscētialis restrictio. Sic
itaq patet qm̄ ad euitanda ⁊ fu
gienda peccata plurimum pro
desse potest tormētorum. infer
nalium consideratio. De horrē
dis autem huiuscemodi tormē
tis quod domin⁹ donauerit lo-
cuturo michi tria vident̄ impri
mis breuiter facienda: priusq̄
de penarum acerbitate specia
lius disseramus.
Primo em̄ est declaranda con-
siderationis vtilitas.
Secundo est confirmāda asser
tionis veritas.
Tertio est confutanda dubita
tionis cecitas.

PRimo est declaranda con
siderationis vtilitas. Ui-
delicet q̄ vtilis sit infernaliū
tormētoꝝ cōsideratio ⁊ frequēs
atq attenta meditatio ad de-
struenda pctā ꝓterita ⁊ preca-
uenda futura. Ideo dicit psal.
Cōuertant̄ pctōres in infernū
scilicet ꝑ studiosam meditatio
nem ⁊ attētā considerationem
Attēde o peccatoꝛ indurate: si
nō potes cōpunctionis habere
lachꝛymas: pone oculos tuos
ad fumū ⁊ ardorē inferni. hic
etem̄ fum⁹ ⁊ ardoꝛ vim habēt cō
pūctiuā ⁊ lachꝛymarū producti
uam. O q̄ felix qui de supplicio
cogitat ante suppliciū vt suppli
ciū euadat periculū. Legit̄ in
vitis patrū. Cū quidā quereret
ab abbate ammone verbū salu
tis: iter alia dicit ei. Memoꝛa-
re eoꝝ que in inferno sunt ⁊ co-
gita: apud temetipsū quomodo
ibi sunt aīe: in q̄ amaro silētio
⁊ in q̄ pessimo gemitu ⁊ in qua-
li metu ⁊ certamie. Inducit aūt
inferni cōsideratio triplicē af
fectionē ad fugā pcti ⁊ peniten
tiam multum necessariam.
Prima est affectio reprimende
voluptatis.
Secunda est affectio sustinēde
penalitatis.
Tertia est affectio contemnen
de mundanitatis.

PRimo igit̄ dico ꝙ attēta
⁊ frequēs penaꝝ inferna-
lium meditatio dat affectionē
reprimēde voluptatis. ysido. li.
soliḻ. Propone tibi aduers⁹ car
nis ardores et̄ni supplicij ignes
memoria: ardoris gehēne ardo
rem excludit luxurie. hec ille.
Nec mirum si meditatio ardo-
ris gehēne ardorē excludit lu-
xurie. q̄m vt dicit gre. Que ma
ioꝛ insania q̄ ꝓ delectatione
momētanea obligare se ad et̄-
na supplicia ⁊ amittere regna
celestia. Legit̄ in vi. pa. Q̄ cū
quidā pater qui mulierē in de
serto errātē ex pietate ⁊ cōpas-
sione hospicio receperat. tēta-

Exempla

retur ex libidinosa cogitatione candelaz accensam accipiens cepit omēs digitos suos ↄburere dicens sibiipsi. Si hunc ignē miser hō sufferre nequis q̄modo sustineres infernalem. et sic libidinis tentationē superauit Item legitur in vi. pa. ꝙ quidaz iuuenis tentatꝰ cōsiliū querebat a quodam sene. Cui ille dixit Fac sicut nutrix que cū vult separare puerum ab vbere. ponit super illud aliquod amarū. quod sentiens puer refugit. sic tu tentationi libidinose adiunge amaritudinem inferni. Itē. in vita beati anthonij legitur. ꝙ cū dyabolus tētaret eū offerēs ei ymaginarie speciē ornatissime mulieris: ipē semper opponebat meditationē infernalis incendij. vñ tādē dyabolus sibi apparuit i similitudie paruuli teterrimi ethyopis dicēs Ego sum spiritus fornicatiōis quem vicisti.

SEcūdo pene infernalis cōsideratio dat affectionem sustinende penalitatis. ysidorus in syno. Intende aīa quoscūq̄ tormentoꝝ dolores: quascunq̄ seculi penas: quascunq̄ doloruz acerbitates: compara hoc totū gehēne: ⁊ leue est oīe qđ pateris. Et bern. in epl'a. Vigilias times ⁊ ieiunia: manuū q̄ labores. sed hec leuia sunt flammas perpetuas meditanti Etgre. Sācti tpalez penam lucrum putant quia per hāc euadere eternaz nō formidāt. Propter quod aug. super illud ps. Dñe ne in furore ⁊c. dicit. Domine. hic vre: hic seca: hic percute: vt in eternū michi parcas

Narrat beda i libro de gestis anglorum. Q̄z tpe imperatoris ↄstantini iunioris. Quidam paterfamilias cū decessisset i anglia: eius anima ante tribunal eterni iudicis est adducta. Vbi tandez obtinuit dei genitricis intercessionibus vt prius inspectis penis infernalibus post hec ad corpus rediret. subito igit̃ reuixit qui erat mortuus et enarratis iaz visis miserabilibus inferni tormentis res suas statim pauperibus erogauit. moxq̄ insalutatis familiaribus et cognatis profectꝰ est in quandam insulam vbi tantam egit penitentiā vt lingua silens ostenderet quāta tormēta et q̄ȝ graues penas vidisset In maxima em̄ hyeme nudum se mergebat in fluimine. et cum sup hoc arguerēt eum amici et noti: rñdebat. Sinite me: nam grauiora vidi: hoc beda in libro de gestis anglorum. q̄nto libro xiij. ca. et hunc patrēfamilias vocat drictio elimē et ↄrigit vt ait anno ab incarnatione dñi sexētesimo. Sil'e etiā facruz vel forte idē legit̃ i vi. pa. vbi dr̃. ꝙ q̄dā prfamilias cuz seruaretur mortuꝰ circa mediā noctem resurgēs t̃ruit oēs q̄ aderant. Vadens aūt ad ecc'iam deo grās agēs: resq̄ suas in tres partes diuidens: vnā vxori relinquens aliam: filijs: terciāq̄ pro deo distribuens. hinc fugit ad heremuz: celiā ibi faciens iuxta fluuium ↄgelatum. quē ipē vestitꝰ intrabat. et inde egrediens vestimēta sinebat ↄgelari ad carnē postea i balneū calidissimuz introibat. ⁊ hoc successiue q̄ȝtū

potefat sustinebat vsq3 ad mor
tem. Et cum de his ⁊ alijs a spe
ctantibus argueretur dicebat
ah. ah. ah. Si vidissetis que vidi
similia vel ampliora mecuz fa
ceretis. Referebat autem q̄ in
exitu suo a corpore vir lucidus
duxit eum contra ortum solis
vsq3 ad vallem infinite magni:
tudinis cuius vnum latus ple
num erat flammis feruentib⁹.
aliud vero gelu ⁊ furenti gran
dine. ⁊ erant ipsa latera plena
animabus que ab ignis vehe:
mentia transibant ad gelu. et
ecōuerso. post hoc ducit euz ad
tenebras densissimas. et post di
sparuit ille ductor su⁹. Et vidit
ipse globos ignitum de baratro
ascendētiū. ⁊ inde ascēdētes et
reincidentes homines ignotos
ad modum fauillarum. ⁊ exallā
tem inde fetorem sensit intolle
rabilem ⁊ fletum audiuit ⁊ eiu
latum incomparabilē ⁊ vidit te
terrimos demones forcipes:
igneos ⁊ fuscinulas tenentes ⁊
eum capere volentes et proijce
re in fornacem. Tunc autez is
q̄ eū dimiserat appuit ei in me:
dijs tenebris q̄si stella inhibēs
demonib⁹ ne eum tāgerēt. quia
iudex preceperat eū reduci ad
corp⁹ vbi si vellet penitentiā a
geret. quem postq̄ duxit ad lo
ca req̄ei reduxit euz ad corpus
Simile etiā narrat gre. iiij. dy
al. de quodam petro facto here
mita: q̄ anteq̄ heremū peteret in
firmitate grauat⁹ defunct⁹ est.
iz protin⁹ vite restitut⁹ inferni
supplicia et innumera flāmaꝝ
loca se vidisse testabat. ⁊ q̄sdam
potentes huius seculi ibi suspē
sos vidisse. Ubi cum a demoni
bus mergeret ꝓhibuit angel⁹
dicens. Regredere ad corpus ⁊
q̄liter tibi sit viuendum attēde
Qui ad vitā rediens: carnē suā
vigilijs et ieiunijs adeo affli
gebat vt et si lingua taceret q̄ vi
derat et timebat conuersatio
loqueretur.

T Ercio tormētoꝝ inferna
lium studiosa meditatio
dat affectionem contemnende
mundanitatis. Quis est enim
q̄ mūdū diliget. si ꝯsideret attē
te quoniam amor mundi detru
dit hominē in infernū. Nam si:
cut dicit aplus. i. thim. vi. Qui
volunt diuites fieri incidūt in
laqueum et in tentationem dy
aboli et in desideria multa inu
tilia ⁊ nociua que mergūt ho:
minem in interitum ⁊ perditio
nem: Propter q̄d bene dr̄ diui:
tibus auaris ⁊ amatoribus hu:
ius mundi. Ja. v. Agite diuites
plorate vlulātes in miserijs ve
stris q̄ supuenient vobis. Quis
inq̄ nō cōtēnet mundu3 si bene
cogitet penas horribiles et in
terminabilis supplicia atq3 mi
serabilē paupertate, quā in in
ferno perpetuo sustinebūt qui
hunc mūdum dilexerunt. facile
q̄ppe cōtēnit oīa penaꝝ iferna
liū timor. Attēde itaq3 O tu a
mator mundi q̄d bernar. dicat
in suis meditationib⁹. Dic mi Bern:
chi inq̄t vbi sunt amatores mū
di q̄ añ pauca tēpora nobiscuz
fuerunt. nihil mā̄sit ex eis nisi
cineres et vermes. attende dili
gēter q̄d sunt et q̄d fuerunt. Ho
mines fuerunt sicut tu. comede
runt / biberunt / ⁊ riserunt / duxe
runt i bonis dies suos in pūcto
aūt ad iferna descēderunt. Hic

[C]aro eorum vermibus illic eorum anime ignibus deputanť eternis donec rursus infelici collegio colligati sempiternis inuoluanť incendijs. q̄ eni socij fuerīt in vicijs erunt ⁊ in penis. vna enim pena iplicat quos vnus amor i crimine ligat. Quid illis pfuit vanis glā/ breuis leticia/ mūdi potentia/ carnis voluptas/ false diuitie: magna familia: vbi risus: vbi iocus/ vbi iactantia: vbi arrogātia? q̄ta tristicia ē post tātā voluptatem tā grauis miseria. de mundi nāq̄ exultatione ceciderūt i magnā ruinā ⁊ magna tormenta. hec ille. Ad idē etiā facit qđ dř baruch. iij. Ubi sunt p̄ncipes gentiū et qui dominanť sup bestias que sunt sup terrā. qui in auibus celi ludunt q̄ argentū thesaurizant ⁊ aurū in quo cōfidūt homines et non est finis acq̄sitionis eorum. q̄ argētū fabricāt ⁊ solliciti sunt nec est inuentio operū suorum. Exterminati sunt ⁊ ad inferos descēderunt. et alij loco eorum exurrexerunt hec ibi. Patet ita q̄ q̄ vtilis sit infernaliū tormētorum studiosa cōsideratio ad inducendum mundi contemptum qđ etiam exēplis declarari pōt. Cum eni magr̄ iordanus q̄ fuit prior gnālis ordinis predicatorū mľta dixisset ad cōuertendū quēdam nobilem filium comitis et videret q̄ ex his non posset eum mouere ad mundi contemptum et ordinis ingressum tandem vidēs q̄ ille cui loquebatur iuuenis esset speciosissimus cepit q̄si rogando dicere sibi. O iuuenis pulcherrime hoc saltem te rogo q̄n respicies pulchra mēbra tua semper in corde tuo cogites q̄ magnum dānum erit si tam formosa mēbra fiant pabulum ignis eterni et in eo sine fine concrementur qđ cum ille sepe fecisset cepit omnino cōtēnere mundum sicq̄ ad religiōis ingressum creditur fuisse induct⁹. Item narrat vincentius in spec̄lo morali. li. ij. p. iij. Cū scolaris quidam parisius quēdā socium suū de nouo religionem ingressum visitans rogaret eum vt aliqđ ei v̄bum diceret qđ eius cor ad cōpūctionis gratiam emolliret dixit ei. Nolo tibi pro nunc aliquid predicare nisi q̄ amore mei (q̄n cameram tuā intraueris et videris lectū tuum cui⁹ culcitra mollis est ⁊ coopertorium delicatum) cogites qualē camerā/ qlē culcitram/ et q̄lia coopertoria habebis in iferno. Dř eni ysa. xiiij. Concidit cadauer tuum: detracta est ad inferos superbia tua subter te sterneť tinea. ⁊ operimētum tuum erunt vermes. quibus auditis illa verba sunt in ei⁹ corde adeo infixa q̄ nec i camera sua nec in lecto potuit dormire aut quiescere. contemptoq̄ mundo statum religionē intrauit.

SEcundo consideranda est assertionis veritas. q̄ videlicet asseritur infernalium tormētorum acerbitas ad hoc p̄parata vt ibi mali puniantur. Hec autē veritas licz adeo certa sit vt de ea non liceat dubitare pōt tñ cōfiteri tribus medijs. Primum mediū est fidei cōfessio. Secundum medium est scriptu

re testificatio.
Tertium medium est rationis approbatio.

Primũ mediũ est fidei confessio. Fide em̃ tenem⁹ infernũ esse a summo rege ꝑparatum ad impioꝝ punitionẽ. ysa. xxx. Parata est ab heri tophet a rege parata. glo. ab heri. i. ab initio. thophet. i. vallis gehenne. tanq̃ scz carcer regis eterni. Unde in simbolo apostoloꝝ dr̃ de xp̄o. Descendit ad iferos. non tamen descendit ad infernum dãnatoꝝ seu reproboꝝ. In simbolo aũt athanasij dr̃. Qui ꝟo male egerũt ibũt i ignẽ eternũ. hec est fides catholica. ₰c.

Secundũ mediũ est scripture testificatio. Oĩs namq̃ scriptura tã veteris q̃ noui testamenti tã doctoꝝ sctõꝝ q̃ etgẽtiliũ ₇ moraliũ philosophoꝝ testificatur et clamat infernũ esse. Uñ geñ. xxxvij. Jacob dicit Descendam ad filium meuz lugens in infernum. Et iob. xvij. Si sustinuero infernus domus mea est. Eiusdem. xxi. Ducunt i bonis dies suos in puncto autem ad iferna descẽdunt. ₇ ps. vi. In inferno aũt q̃s cõfitebit̃ tibi. Et i plerisq̃ alijs locis psalmoꝝ fit mentio de inferno. Et ysa. xiiij. Ad infernuz detraheris in ꝓfunduz laci. Et lu. xvi. Mortuus est diues ₇ sepultus in inferno. Et. ij. petri. ij. Deus peccãtib⁹ angelis nõ pepercit: sed rudẽtib⁹ inferni detractos in tartaruz tradidit cruciãdos Et lactanti⁹ libro. vi. diuinaꝝ institutionũ. Esse inferos zeno stoicus docuit. ₇ sedes pioꝝ ab ipijs esse discretas, et illos qui des det as ac delectabiles icolere regiones. hos vero penas luere in tenebrosis locis atq̃ in ceni voraginibus horrendis. Et virgilius. vi. eneydos. Facilis descensus auerni. Et bern. Deus volẽs nobilem creaturaz scz hominẽ reuocare: si inquit inuituz coegero asinũ habeo. sed nunq̃ asinis dabo regnum meuz. Scio q̃d faciam. hõ timidus est terrebo eum si forte sic conuertatur et viuat et cõminatus est acerbiora q̃ excogitari possunt. tenebras sclz eternas vermes imortales. ignẽ iextinguibilez. Augu. Ue illis q̃bus ꝑparat̃ dolor vermiũ: ardor flãmaꝝ. sitis sine potu: fletus ₇ stridor dentium. vbi mors optatur ₇ nõ dabitur. vbi null⁹ ordo sꝫ sempiternus horror ihabitat. Sunt alie quasi innumere auctoritates q̃ mẽtionẽ faciũt de inferno. in quo sunt horribiles pene puniendis reprobis preparate. O igitur maledicta humanoꝝ presumptio. O detestabilis ₇ ꝑiculosa prorsus pctõꝝ execatio. O ꝑuersa cordis humani induratio. O execranda securitas ₇ fallacissima ipioꝝ cõfidentia q̃ tam horrenda ifernorum supplicia non formidãt O insẽsati pctõres. O somnolẽti. O pigri ₇ carnales homines expergiscimini ₇ cogitate atq̃ diligẽter attẽdite q̃ horrenda sit penaꝝ infernaliũ ꝯminatio O increduli. O pertinaces pctõres. O vermiculi debilissimi. Credite Credite q₇ nõ sũt locuti prophete: nõ apl̃i: non deniq̃ ipe christ⁹ ꝟba mẽdacij q̃ veritatẽ tãtopere dilexerũt vt pro

coactio
diminu

Aug.

illa etiã mori non recusarẽt. O uanes atq miseri mortales pensate q2 non sunt vane voces scripturarum que induratis pctõribus tot et tam horribilia infernorum tormenta cõminantur. Audite itaq hieronimũ ad pãmachiũ z oceanũ sic scribentẽ. An putamus fratres q iocando prophete predicent ridendo loquantur apostoli: christus iudicium et penas infantiliter cõminetur? Sed ioci non sunt vbi supplicia intercedunt. Si iocando passi credantur: et iocando locuti. ysayas sera secatur. daniel leonibus deputatur. paulus truncatur gladio. petrus in cruce exemplo domini suspenditur et hoc totum vt nos a peccatis sua doctrina reuocarent. hec ille. O igitur impia: O peruersa: O maledicta: O execrabilis: O deniq dyabolica conditio eorũ qui peccare non formidant. qui sic viuunt ac si crederent infernum non esse.

Tercium medium est rationis approbatio. Nã vt colligi possunt ex dictis beati thome: ricardus de media villa: et beati bon. in. iiij. sen. dis. xliij. Sicut se habz misericordia dei ad electos: sic eius iusticia ad reprobos. sed diuina misericordia et bonitas preparauit electis locum deliciosum scilicet celum empyreum et plenitudinem gaudiorum atq bonorum omniũ. Ergo et diuina iusticia reprobis preparauit locum villissimum et horrendũ vbi est sũma tristicie amaritudo et miseriarum atq tormentorũ innumerabilis multitudo.

Tertio cõfutãda est dubitatiõis cecitas eorũ videlz qui sic execati sunt a dyabolo q quasi nullam vel multum diminutam fidem habent de inferno. Cõtra quos procedemus tria per ordinem declarando.

Primum est rõ sue execationis.
Scdm est solutio sue obiectiõis
Terciũ ẽ cõfutatio sue abusiõis

Primo declarãdo rationẽ sue execationis. Ubi notãdum q dyabolus sciens q fides et timor infernalium tormentorum multos a peccato retrahit et a peccato cauere facit multum conatur extinguere fidez de inferno. multosq sic miserabiliter excecat vt quasi non credant peccatorum animas post mortem puniri. Ideo bene dicitur prouer. iiij. Uia impiorũ tenebrosa. nesciunt vbi corruunt. Et aug. libro de natura et gratia. Preuaricatorem diuine legis lux deserit veritatis qua desertus fit vtiq cecus. hec ille. Sicut itaq coruus volẽs aliquod animal occidere primo ei vtrunq oculum eruit vt iam amplius nõ videat quo fugere vel quomodo euadere possit. sic dyabolus vtrũq oculum eruit peccatori vt iã neq dextro oculo respiciat gaudia paradisi que peccando amittit. neq sinistro penas inferni quibus se subijcit et ad q̃s sic execatus currit. figuram habemus iudicum. xvi. Cũ apprehendissent philistei. i. demones peccato cadentes sansonem. i. quẽlibet iustũ statim eruerũt ei

figura de sedechia



oculos. Et.iiij.Re.xxv. Nabu=
god.rex babilonis.i.dyabolus
qui sēper sedet in angustia ⁊ qui
est rex eterne ꝯfusionis exceca=
uit sedechiā oculos eius effodi
ens vinctumq̄ cathenis duxit
in babilonē.i.ꝯfusionē inferna=
lem. Pro ampliori aūt declara=
tione notādū est ꝙ ibi septē di=
cuntur de sedechia per q̄ mora
liter sigatur modus q̄ pctōr ru=
it in pctm̄ et cecus ac vinct⁹ du
citur in infernum. Primo ibi di
citur ꝙ obsessus fuit. Secundo
ꝙ larenter fugit. Tertio ꝙ fuit
captus. Quarto ꝙ filijs fuit pri
uatus. Quinto ꝙ fuit excecat⁹.
Sexto ꝙ fuit cathenis vinctus.
Septimo ꝙ fuit in babilonem
ductus. Per hunc itaq̄ sedechi
am de quo dicitur in fine.xxiiij.
capituli ꝙ fecit malum coram
dn̄o significatur pctōr qui licet
aliqn̄ coram hominibus videat̄
bonus: tn̄ coram dn̄o est malus.
Per septē ꝯ predicta significa
tur processus ei⁹ in pctm̄ et de
pctō in pctm̄ vsq̄ in infernum.
Per primū qd̄ est eius obsidio si
gnificat̄ demonis tentatio. Job
xix. Obsederūt in giro taberna=
culum meum. Per scdm̄ vero qd̄
fuit eius fuga sigtur tentati pu
sillanimitas q̄ scꝫ i eo nō est re
sistentia. quod contra dr̄ Jaco.
iiij. Resistite dyabolo et fugiet
a vobis. Per terciū quod est ei⁹
captio sigt̄ lapsus pcōris i laq̄o
pcti mortalis. prouer. v. Iniqui
tates sue capiunt impium et fu
nibus pcōrum suorū vnusquisq̄
ꝯstringitur Per quartū vero qd̄
fuit filiorū suoꝝ occisio sigtur
omniū bonorum precedentium
mortificatio. Ezechi.xviij. Si=
auerterit se iust⁹ a iusticia sua
⁊ fecerit iniquitatem. ⁊c̄. nunq̄d
viuet? Omnes iusticie ei⁹ quas
fecerat non recordabūtur. Per
quintum qd̄ fuit execatio ei⁹ si=
gnatur ignorantie tenebra q̄ se
quitur ad actum malicie. sap. ij
Execauit eos malicia eorum.
Per sextū qd̄ fuit incathenatio
sigtur redeundi desperatio pruer.
xviij. Impius cum in profunduꝫ
pctōꝝ venerit ꝯtemnit. Per se=
ptimum qd̄ fuit ductio in babi=
lonem sigatur ptractio in gehē
nā que bn̄ sigatur per babilonē
eo ꝙ in inferno nullus est ordo
et per ꝯn̄s ibi est maxima ꝯfusio
ysa.xiiij. Ad infernum detrahe
ris. Sic itaq̄ patet quomodo ex
ecatus pctōr trahit in infernuꝫ
Execatus inq̄ q̄ nec ante se vi
det mortem et iudicium futurū
nec post se preterita pctā et tp̄s
amissum. neq̄ a dextris dei be=
neficia. neq̄ a sinistris insidias
dyaboli. neq̄ sursum gaudia pa
radisi. neq̄ deorsum penas ifer
ni. neq̄ interius feditatē ꝯscie
n eq̄ exterius vanitatem presē
tis miserie. Trahitur itaq̄ pec
cator execatus in infernum si=
cut quandoq̄ trahi solet latro
ligatis oculis ad patibulum.
Sic autem execati pctōres tria
maxime solent obijcere quibus
sue confidentie presumptioneꝫ
stabilire querunt. Primo enim
dicunt. qm̄ magna imo infinita
est mia dei. Ideo non esse credē
dum dicunt ꝙ dānare velit ho=
minē. Scd̄o qm̄ infinita dei bo=
nitas hoiem creauit nec vide=
retur cōdecens sue bonitati vt
op⁹ suū dānaret. Tercio dicunt
qm̄ null⁹ de inferno reuers⁹ est

excecator[um] cōfidentia

iuxta illud sap.i. Nō est agnit⁹ q̄ sit reuers⁹ ab inferis. ⁊ dicunt ꝙ si quis inde rediisset crederēt ei. patet itaq̄ excecatio ⁊ ratio excecationis eoꝝ qui vel nullā vel modicam ⁊ debilem habent fidem de inferno.

SEcundo declarāda est solutio sue obiectiōis que posita est in triplici differentia.

¶ Ad primā igitur obiectionē cū dicunt miam dei esse magnā cōcedim⁹ ꝙ illa maxima est atq̄ infinita sed et infinita dei iusticia. Ideo q̄ntū sperandū i deo propter suā miam: tñ etiā ipse timēdus est ꝑpter suā iusticiā. periculosum ē atq̄ dānabile diuina sic abuti mia vt abiecto timore ⁊ oblita dei iusticia de sua mia temerarie presumas. Ideo dr̄ eccl̄i.v. Ne dicas miĩatio dei magna est. multitudinis pctōꝝ meorum miserebitur. mia enim et ira ab illo cito proximat ⁊ in pctōres respicit ira ei⁹. hec ibi. Licet etiam immēsa sit dei mia non est tñ ab oibus repromissa: sed solis timētibus deum vnde lu.i. Et mia eius a progenie in progenies. an oibus: non vtiq̄: sed quibus? timetibus eum. Audi etiā psalmistam dicentē. Qm̄ scd̄m altitudinem celi a terra corroborauit miam suā. an su per oēs? non profecto: sed super timentes se. Idē. Quomodo miseretur pater filioꝝ misertus ē dn̄s. non oibus vtiq̄: sed timentibus se. Idem. Mia dn̄i ab eterno et vsq̄ in eternum super timentes eū. Audi itaq̄ qm̄ non oibus sed solis deū timentibus promittitur dei mia. Tu ergo pctōr quo diuina mia indiges disce timere deū vt sic eius mie particeps efficiaris. Qm̄ sicut etiā dicit gre. in mor. Oipotentis dei mia ilius obliuiscit̃ qui oipotentis dei iusticie fuerit oblitus. qr eū misericordē inueni re nō poterit: qui eū iustū non timet. hec ille. Time igit̃ o pctōr dei iusticiam. aliter esse non poteris dign⁹ iuenire miam.

¶ Ad scd̄am obiectionē cū dicūt nō eē diuine bonitati ɔsonū vt hoiem quē fecit in infernū perdat / dicimus in cōtrarium opponendo. Nunquid non etiā ex bonitate sua de⁹ angelos creauerat? vtiq̄ profecto et multo eqdem nobiliores hoie et tñ eos in infernū detrusit non propter op⁹ qdē qd̄ ipe fecisset sed propter pctm̄ qd̄ ipse non fecit. Quomō ergo audebis dicere ꝙ nō damnabit ꝑpter pctm̄ hoiem fragilē vtiq̄ ac vilē creaturā cum dānauerit angelū tā nobilē et spūalē creaturam? Si em̄ (vt dr̄. ij. petri. ij.) dn̄s angelis peccantib⁹ non pepercit sed rudentib⁹ inferni detractos in tartaꝝ tradidit cruciādos in iudiciū reseruari sub intelligitur a foritiori nec peccantibus hoibus parcet.

¶ Ad terciam obiectionē. Cū dicunt ꝙ nullus reuersus est de inferno et quod si quis inde rediret crederēt ei. tripliciter rn̄dem⁹ Primo per interēptionē prime ꝑpositionis: qr lazar⁹ reuersus est ab iferis. Et sicut dicit aug. Cum postea discubuit cum dn̄o in domo marthe multa narrauit in mensa de locis penalib⁹. Item in resurrectione dn̄i multa corpora sanctoꝝ qui dormierāt surrexerūt inter quos fuerīt

duo filij symonis. sicut habet in
epl'a quā pylat⁹ misit ad tyberi
um iperatorē de passiōe xp̄i sub
eo fctā q̄ m'ltā narrauet de ifer
no quō xp̄s inde suos eduxit. In
legēda aūt bti iohānis euange
liste hētur quō quidā iuuenis p
eum suscitatus retulit duobus
viris qui mundū sere liquisse pe
nituerant: quomodo de sua rui
na mali angeli gaudebant: bo=
ni vero flebant. ⁊ que premia a=
miserant: et que supplicia eis
parata essent nisi penitētiam a
gerent et ad prius propositum
redirēt. qui auditis his omnino
postmodum mundum contēpse=
runt. Leguntur etiam alij mul=
ti de inferno rediisse ex diuina
dispensatione: vt traian⁹ et alij
de quib⁹ habetur in legendis sā
ctorum. Quod aūt allegatur ex
libro sapie q̄m nō est qui agnit⁹
sit reuersus ab inferis. verbum
est impiorum. Vn̄ ibi premitt. Di
xerunt impij apud se cogitātes
non recte. ⁊c. ¶ Scd̄o rn̄demus
p interēptionē scd̄e ppositionis
q: si quis inde rediret nō crede
rent ei q vel inde veniret vel q
vera essent que diceret. Lu. xvi.
Si moysen ⁊ prophetas non au
diūt neq si quis ex mortuis re=
surrexit credent: nec mirum.
quis eni tante authoritatis pos
set resurgere cui magis eēt cre
dendum? Chris. Considera q
quisquis mortuus seru⁹ est. que
cunq vero dicant scripture di
cit dn̄s. Unde si resurgat mortu
us: et si celitus descenderit an=
gelus: omnib⁹ magis sunt fide=
digne scripture Nam angelorum
dn̄s viuorum et mortuorum iudex
eas instituit; hec chriso. ¶ Ter
cio rn̄demus q hoc ipsū q non
passim ⁊ sepe reuertūtur aliqui
de inferno sic a deo ordinatum
est propt bonū nr̄m: vtsc; propt
hoc magis timeamus illuc ire.
Exemplū dr̄ in fabula de vulpe
q noluit ire ad curiam leōis qn̄
vidit q aliorum alalium q̄ iuerāt
vestigia nulla retrorsum appa
rebant. Aliud exēplum. Legit
in libello de dono timoris. Cum
quidā predicator p̄dicasset de i
ferno: quidā dure credulitatis
dixit ei. Stult⁹ est qui credit vo
bis p̄dicatoribus qui tot ⁊ tāta
dicitis de quib⁹ nichil vidistis
multa de inferno asseritis et
tn̄ ibi non fuistis. Dixit ei predi
cator ille. pessime hoim. Si qs
ad te rediret de inferno tu nun
q̄ cessares male facere. diceres
enim apud te q si ires in infer=
num propter pctā tu postea pos=
ses exire sicut et ille exijsset.
Periculosum itaq ⁊ dānabile
est de inferno dubitare ⁊ qui nō
firmiter credunt his que p scri
pturas de inferno dicuntur / si=
miles sunt sodomitis de quibus
dicitur geñ. xix. q noluerūt cre=
dere loth de subuersione ciui=
tatis nec exire cum eo sed vide
batur eis quasi ludens loqui q̄=
usq venit ira dei sup eos. Sunt
etiam similes his qui perierunt
in diluuio qui noluerunt crede
re verbis sancti noe quibus da
tum est tp̄s centum ⁊ viginti an
norum vt conuerterentur. vt habe
tur geñ. vi. de quibus dr̄. i. pe. iij
q increduli fuerāt aliqn̄ quādo
expectabant dei patientiā cum
fabricaret archa Et mat. xxiiij
dr̄ q erāt in diebus an̄ diluuiū
comedētes ⁊ bibētes vsq ad fi=

lū die ꝙ intrauit noe i archā et non cognouerūt donec venit diluuium et tulit omnes. hec ibi.

Tercio est declaranda confutatio sue abusionis Sic enim abutuntur isti increduli atqꝫ peruersi diuina mia ꝙ crederēt ꝓpter dei miam oēs finaliter esse saluādos. Sic seducti sunt ⁊ excecati a dyabolo vt sic viuant acsi neminem crederent esse damnandum. Contra quos dicunt scripture multo plures esse damnandos ꝙ̄ saluandos/ multoqꝫ maiorem esse numeruꝫ reproboꝝ ꝙ̄ electorū. Vñ mat. vij. Lata porta et spaciosa via q̄ ducit ad perditionem. et multi sunt qui intrant per eam ꝙ̄ angusta porta et arcta via que ducit ad vitam. et pauci sunt qui inueniunt eam. Et mat. xx. Multi sunt vocati pauci vero electi. Et idem habetur mat. xxij. Et señ. in tragedijs. Ingens vorago faucibus vastis patet latuꝫ ꝙ pandit omibus populis iter.

¶ Possumus aūt et hanc veritatem declarare tripliciter. vꝫ rōne figura/ et exēplo. Primo igitur rōe que triplex est ¶ Prima est ratio originalis infectionis Oēs eñ in infernum descēdunt qui cum originali pctō decedūt Tales enim sunt filij ire. Juxta illd eph. ij. Eramus natura filij ire Multo aūt maior ē multitudo infideliū cum originali pctō descedentiū ꝙ̄ fideliuꝫ. Et vltra inter xpianos et fideles multi etiam sine baptismo decedunt.

¶ Scđa est rō carnalis rebellionis. Nam sicut dicitur gal. v. Caro cōcupiscit aduersus spm̄. Qui autē scđm carnē viuūt oēs inferni damnationē incurrunt Ro. viij. Si scđm carnē vixeritis moriemini Et gal. v. Manifesta sunt opera carnis q̄ sunt fornicatio/ immundicia/ ipudicicia: luxuria: ydolorum seruitutis veneficia/ inimicicie/ contētiones: emulationes: ire: rixe: dissensiones: secte: inuidie: homicidia: ebrietates: comessationes ⁊ his similia. que predico vobis sicut predixi qm̄ qui talia agunt regnum dei non consequētur. hec ibi. Multo aūt plures videntur esse etiam inter christianos qui scđm carnis concupiscentias viunt ꝙ̄ scđm spm̄. Jn cuius figura plures erant filij hysmael ꝙ̄ ysaac. geñ. xxv. Cum tñ hysmael natus esset scđm carnem. ysaac vero scđm spm̄ et per repromissionē. vt hr̄ gal. iiij. Abrahā etiam plures habuit filios de cethura ꝙ̄ de sara. vt hr̄ geñ. xxv. in quo figuratum est plures eē carnales ꝙ̄ spirituales. Jtē tpe diluuij solum octo inuenti sūt casti geñ. vi. et. vij. Et in quinqꝫ ciuitatibus sodomorum nō sūt inuenti decem viri boni qui carnis vicio non essēt contaminati. geñ. xviij. Apparet itaqꝫ verisimiliter multa milia hominuꝫ precipitari in infernum ob fetidissimum carnalis concupiscētie vicium. Nec solum accepimus apparentiam hanc ex premissis figuris sed magis ex moribus hominum in quolibet statu deprauatis et corruptis et carnali feditate infectis vnde dicit aug. li. de decem cordis. Ad hoc dilapsa est humana peruersitas vt vir habeatur qui victus est a libidine et non habeas

De fetidissima turpitudine



tur pro viro qui libidinis est victor. hec ille. Preter illa autez que notoria sunt et que minime celari possunt: nouit dominus quot abhominationes quot immundicie quot et quante turpitudines in diuersis statibus cōmittuntur et fiunt secundum varios modos horribiles plerūq; et detestabiles quibus turpiter multi exardescunt ꝛ suā carnalitatem et fetidissimam voluptatem adimplere querunt. Eo autem plures in infernum pereunt ꝓpter huiuscemodi carnalitates quo amplius erubescūt tam horrendas turpitudines in suis confessionibus detegere ꝓpter vicia quippe carnalia multi ficte palliate et diminute confitentur: erubescentes turpitudinem suam et feditatem palaz dicere. Ex maledicta etiam luxuria plerunq; indurantur corda multorum ita vt neq; de commissis doleāt neq; a futuris abstinere proponant. Ideo bene dicitur. Osee. v. Non dabunt cogitationes suas vt reuertātur ad dn̄m q2 spiritus fornicationis est in medio eorum. sic itaq; viuūt multi carnali concupiscentia seducti q̄si neq; paradisū neq; infernum esse credentes. Nā vt di. gre. Quem luxuria semel ceperit nichil aliud cogitare ꝑmittit. hec ille. O igitur maledicta luxuria. O venenosa carnalitas. O abhomināda carnalis voluptatis concupiscentia: ꝙ multos interimis: ꝙ multos ꝑdis: ꝙ multos in infernum detrudis: ꝛ a celesti ciuitate prorsus excludis. Nam vt dicitur apoc. xxi. Non intrabit in illaz scz in ciuitatem celestem aliqd coinquinatum aut abhominationem faciens. Oibus itaq; scdm carnis concupiscentiam viuentib9 dicetur illud apoc. xxij. Foris canes ꝛ impudici. Apparet ergo ex ratione carnalis rebellionis multo plures esse damnādos ꝙ saluādos. ¶ Tercia ē rōmentalis corruptionis. ꝙta sit corruptio mentis et affectionis humane non est facile dicere. In quolibet namq; statu palam apparet ꝙ corrupta sit ꝛ peruersa humana voluntas tam erga deum ꝙ erga proximum. Erga deum quidez: q̄m pauci sunt deum timentes pauciores quoq; vere diligentes: rarus quippe ē timor dei sed adhuc rarior vera eius dilectio qd̄ vt clarius videamus ꝯsideremus ī quolibet statu ꝙ indeuote deo seruitur. ꝙ tepide ꝙ irreuerenter oratur deus et laudatur. ꝙ inhoneste loca sacra tractantur. et inhabitantur. Immo potius consideremus ꝙ multipliciter in suis preceptis deus contemnitur. ꝙ turpiter dehonorat̄ et blasphematur et ea que dei sunt vbiq; vilipēduntur. patet profecto satis ꝙ corrupta sit in multis affectio erga deuz propter defectū timoris et amoris. Cum itaq; solis deū timētibus ꝛ diligentibus detur gl̄a celestis: apparet multo plures ꝑ viā dānationis currere ꝙ ꝑ viam salutis. In cuius figura multo plures fuerūt cū absalone ꝙ cuz dauid. ij. Re. xv. Ubi dr̄ ꝙ vniuersus popul9 secutus est absalon ad īpugnādum dd̄. Absalon p̄ris amaricatio iterp̄tat̄. ꝑ absalō igit̄ intel-

ligitur dei cōtemptus ⁊ irreue-
rentia circa diuina/⁊mundana
vanitas quibus amaricatur pa
ter celestis multiꝗ mūdanis de
diti vanitatibus plus mundum
et propriam ꝯplacentiam ꝙ de
um ⁊ eius precepta diligentes
patrē celestem ipugnant/ eiꝰ p̄-
cepta infringētes. Erga proxi-
mum aūt ꝙ corrupta sit hūane
mentis affectio luce clarius est
rarissima nāꝗ est fraterna dile
ctio/rara fidelitas / rara beni-
gnitas / rara iusticia/rara ad
pauperes miseratio/rara veri-
tas inter hoies. Nunc impletū
videre possumus illud osee. iiij.
Non est veritas non est mia nō
est scientia dei in terra. maledi
ctum/et mendacium/ et homici
dium/et furtum/ et adulterium
inundauerunt. hec ibi. Nunc ꝑ
fecto abundant inter hoies ri-
xe discordie discensiones odia
et contentiones/inuidie/ detra
ctiones/deceptiones et frudulē
tie paucissimi reuera incedunt
per viam caritatis que est via
salutis: plurimi autem per viaꝫ
inordinate cupiditatis/que pro
fecto via est perditionis et dam
nationis. Nam vt dicit. i. thim.
vi. Radix omnium malorum cu
piditas. Patet igitur ꝙ magna
sit inordinatio humane affectio
nis ad proximum. Cum enim
secundum anselmum in huma-
na voluntate duplex sit affe-
ctio. scilicꝫ affectio commodi ⁊
affectio iusticie et habeat affe
ctio commodi regulari per affe
ctionem iusticie et sibi subijci/
sic ꝙ nullatenus debet aliquis
habere affectionem ad commo
dum nisi ſm ordineꝫ iusticie ita
ꝙ nullo modo sit magis affectꝰ
ad commodum ꝙ ad veritatem
iusticie sed sēper magis ad iu-
sticiam ꝙ ad quodcūꝗ cōmodū
paratus scꝫ potius eligere icur
rere ꝗtacūꝗ icōmoda ꝙ aliqd
ꝯtra iusticie ordinem fieri. ali-
as proculdubio affectio ꝯmodi
via est infernalis damnationis
⁊ eterne mortis. Apparet autē
mores hoim intuenti ꝙ rara sit
affectio iusticie ⁊ affectioni ꝯmo
di pꝰ posita Regnat aūt affectio
ꝓprij ꝯmodi seclusa effectiōe iu
sticie q̄ est ipsa maledicta auari
cia. hie. vi. A minore quippe vs-
ꝗ ad maiorem oēs auaricie stu
dent: et a ꝓpha vsꝗ ad sacerdo
tem cuncti faciunt dolū Et ysa.
lix. Cōuersū est iudiciuꝫ retror
sum et iusticia longe stetit. Cor
ruit in plateis veritas et eqtas
non potuit ingredi facta est ve
ritas in obliuionem hec ibi. Pa
tet itaꝗ multo plures per viaꝫ
dānationis incedere ꝙ ꝑ viā sa
lutis rōne mētalis corruptiōis
qꝛ vꝫ in paucissimis est recta af
fectio ad deū ⁊ ad ꝓximū. ¶ Se
cūdo habemꝰ declarare p̄dictā
veritatē per figuraꝫ Primo in
diluuio perijt maxima hominū
multitudo et solum octo anime
saluate sunt. Gen. vij. Secundo
in subuersione sodome et alia-
rum quattuor ciuitatū solū qt-
tuor persone saluate sunt Gen.
xix. Et oē reliquum vulgus vtri
usꝗ sexus cuiuscūꝗ etatis aut
conditionis perijt. Tercio. Nu-
meri. i. de filijs israel a vicesimo
anno et supra quo poterant ad
bellum procedere numerati fu
erunt per domos ⁊ familias sex
centa tria milia virorum quin-

hic lege omnia diligenter



genti quinquaginta de quorum numero duo tm: scilicet caleph et iosue intrauerunt terram p̄missionis omnes vero reliq̄ mortui sunt in deserto sicut eis comminatorie predixit dn̄s nume. xiiij. Attendite fratres carissimi q̄m vt dicit apostolus. i. cor. x. Omnia in figura contigebāt illis et scripta sunt ad correptionem nostram. Attendite inq̄ꝫ q̄m terribilis est valde premissa figura. Ideo notanter in eodeꝫ capitulo di. apostolus Nolo em̄ vos ignorare fratres quoniaꝫ patres nostri sub nube fuerunt omnes et oēs mare transierūt: et omēs in moyse baptizati sūt in nube et in mari: et omnes eādem escam spiritualem manducauerunt: et oēs eundē potum spūalem biberunt. Bibebāt aūt de spiritali consequente eos petra: petra autem erat christus. Sed non in pluribus eorꝫ beneplacitum est deo. nam prostrati sunt in deserto. Hec aūt in figura facta sunt nostri vt non simus concupiscētes malorꝫ. Hec ibi. Attendite igitur et notate figuram que scripta est ad doctrinam et correptionem nostram. Notate itaqꝫ diligenter q̄m transitus filiorꝫ israel per mare et conductio sub nube q̄n dn̄s per manum moysi eduxit eos de egypto cū eripuit de potestate pharaonis: figurabat sacramentum baptismi sicut pꝫ ex premissis verbis apostoli. i. p quē baptismuꝫ erepti sumus de tenebris peccati et de potestate dyaboli. Refectio aūt eorum ex esca spūali. i. p virtutē spūalē sibi data scilicꝫ ex manna. et ex potu spūali. i. spūali virtute p̄ducto ex petra eos ꝯsequēte. i. eis obsequente. que quidem petra erat figura christi figurabat spiritualem xp̄ianorū refectionem ex carne ꝛ sāgine xp̄i Trāsitus aūt eorum per desertum et ingressus in terram promissionis figurabat transitum nostrū per desertum penitentie ꝛ asperitatis et ingressum regni celestis. Nam vt habetur act. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare i regnum celorꝫ. Licet aūt omēs illi transierint mare et eandem escā et eundeꝫ potum habuerint in deserto nō tn̄ oēs ingressi sunt terrā p̄missionis sed tm̄ duo illorꝫ de tanto numero vt s̄ dictum est ꝛ omēs alij in deserto mortui sunt. Terribilis valde figura sed lōge terribilior res figurata. Nam per hoc figuratur q͛ licet oēs xp̄iani baptizati sint et oēs idem sacramentum corporis et sanguinis xp̄i recipiant nō tn̄ sunt omnes regnum celeste ingressuri sed illi soli qui fidem rectaꝫ habent in deo et mandatis ei⁹ per oīa obediunt seqꝫ prorsus diuine subijciunt voluntati et i prosperis et i aduersis. Qui vero cōtrarium agunt oēs sunt in infernum detrudendi quēadmodū illi qui fuerūt verbis dei incredulī ei⁹ precepta ꝯtēnentes atqꝫ in deserto murmurātes ibidem mortui sunt nec terram promissionis intrauerunt. ¶ Tercio ē declaranda predicta veritas exemplo. Legitur enim in vita beati bernardi q͛ quidam heremita qui fuerat decanus ecclesie lingonensis et mundum relin-



Exemplum pulcherrimum

quens viginti quinqȝ annis in
heremo manserat. post mortez
suam apparuit episcopo predi-
cte ecclesie in tanta gloria sic
q̃ ep̃us mirabatur. Et inter ce-
tera dicit illi epyscopo q̃ in ho
ra mortis sue trigita milia ho-
minum decesserunt: quoꝝ vnus
fuit beatus bernardus/quoruz
nullus in celum ascendit/ nisi
ipse tantum et beatus bernar-
dus. Tres autẽ in purgatoriũ
iuerũt et oẽs aliȷ̃ in infernum
descenderunt. Aliud exemplũ.
Legitur q̃ q̃dã cãcellarius pa
risiensis qui fuit vir magne re
putationis apud doctos et ma
gne edificationis in sermoni-
bus: in mortis articulo adiu-
ratus est ab episcopo parisieñ.
vt si anthoritas sua posset in e-
um post mortem appareret ei:
ꝛ de statu suo referret et infra tri
gita dies. Die igit̃ tricesima cũ
esset ep̃s sol⁹ i camera venit ille
nigra capa idut⁹ fetid⁹ ꝛ olens
narrans ei quõ dãnatus esset.
Cũ aũt miraret̃ ep̃us ꝛ causam
sue dãnationis quereret: rñdit
ille dicens. quia que feci non
pp dei gloriã feci/ et q̃ sciui et
habui tanq̃ȝ a me esset michi
ascripsi. Quesiuit autẽ ab ep̃o
que hora et quod tempus es-
set in mundo. Cui dicit ep̃us q̃
hodie est. xxx. dies mortis tue
Et ille. Ue ve ve (inquit) nobis
damnatis in inferno quia cre
debamus mundi consummatio
nem iam esse propinquam nec
credebã tot esse animas in mũ-
do quot vidi iam descendentes
in inferno. Ita em̃ videntur ani
me descendere in infernũ sicut
nix de celo super terrã. Ue his
qui cũ talia leguntvel audiunt
non timent/ non em̃endantur/
non conuertuntur ad dominuz
O somnolenti peccatores O mi
seri mortales considerate quia
peregrini velocissimi et adue-
ne estis in hoc seculo miserabi
li. cogitate q̃ȝ sit grauis damna
tio futura super induratos pec
catores. et diligenter precaue
te ne pro tam modico tamqȝ la
bili hui⁹ vite curriculo mortez
incurratis sempiternam. Cũqȝ
auditis multo plures damnan-
dos esse q̃ȝ saluandos timere/ti
mete/timete. sed nõ propterea
desperetis. estis enim adhuc in
via in qua vestre potestis salu
ti prouidere et de peccatis ve
stris pẽitere/ atqȝ dei misericor
diam inuenire. Hec enim que
supradicta sunt ideo narrãtur
non vt vobis detur causa despe-
randi sed potius vt vobis detur
occasio diuinam misericordiaz
consequẽdi. Per hoc em̃ datur
vobis causa deũ timendi. Supi
us autem diximus q̃m deum ti
mentibus diuina est mĩa repro
missa. Cũ ergo talia legitȷ̃ aut
auditis ea diligenter cogitate
vt semper in vobis timorem dñi
habeatis et sic ad dei miam q̃
nobis necessaria est peruenire
valeatis. AMEN.

HIs itaqȝ p̃
missis accedendum
est cum dei adiuto-
rio/ad declarationẽ
idicibilis acerbitatȷ̃ penaꝝ in
fernaliũ. Quãuis autẽ non va
leat hmõi atrocitas hũa no ser
mone explicari. Si enim omẽs
homines nati ab adam vsqȝ in

hodiernum diem adhuc viue-
rent/omnesq̈ tanti essent ꝛ tã
excellentes predicatores qua-
lis ꝛ quãtꝰ erat beatissimꝰ pau
lus/oẽsq̈ de minutissima pena
inferni p̄dicarẽt: nõ possẽt illã
humanis sermonibꝰ explicare
Poterit tñ hmõi acerbitas pe-
naꝝ infernaliũ ꝛ si nõ totaliter
sufficient tñ p q̈ndecim p̄ncipa-
les considerationes declarari.
Prima est consideratio damno
se priuationis.
Secunda est consideratio hor-
rende locationis.
Tertia est consideratio dolen
de cognitionis.
Quarta est consideratio inor
dinate affectionis.
Quinta est consideratio corpo
ralis dispositionis.
Sexta est consideratio terribi
lis contrariationis.
Septima est consideratio hor-
ribilis combustionis.
Octaua est consideratio tota-
lis impermixtionis.
Nona ẽ ꝯsideratio gñalitatis.
Decima est consideratio conti
nuitatis.
Undecima est cõsideratio hor-
ribilis lamẽtationis.
Duodecima est cõsideratio in-
terminabilis durationis.
Tredecima est cõsideratio inu
tilis conditionis.
Quartadecima est cõsideratio
desperationis.
Quindecima est consideratio
superne indignationis.

PRĩa igiť consideratio osten
dens implicabilem
acerbitatem pena-
rum infernalium dicitur consi-
deratio dãnose p̄uatiõis. q̈r scꝫ
p̄uanť oi bono. Est aũt in dãna
tis triplex principalis priuatio
eoꝝ inexplicabiliter afflictiua
Prima est p̄uatio celestis habi
tationis. Hec multũ damnosa
et grauiter afflictiua.
Scđa est p̄uatio gliose associa-
tionis. Hec multo damnosior ꝛ
grauius pugnitiua.
Tertia est priuatio diuine vi-
sionis et fruitionis. Hec prorsꝰ
damnosissima et grauissime at
q̈ inextimabiliter cruciatiua.

PRima igiť est priuatio ce-
lestis habitationis. s. celi
empyrei. quod est locus lumio-
sissimus amplissimus atq̈ dele
ctabilissimus. Huius autem lo-
ci ianua cũ omnino erit iperpe
tuũ dãnatis. hac tali ꝛ tãta lo
ci amenitate ineternũ p̄uãtur
O qualeꝛ q̈tũ gaudiũ: q̈ta de-
lectatio: q̈tus honor est beatis
tante speciositatis atq̈ ameni
tatis locum inhabitare/ eiusq̈
imperpetuũ effici possessores.
Ast econtra: q̈ta tristicia: q̈ta
desolatio: quãta prorsus ꝯfusio
loci huiꝰ tã delectabilem habi
tationẽ p propriã negligentiã
ac volũtatis maliciaꝫ p̄didisse.
tã pulchri tã ameni loci clausã
sibi ianuã iperpetuũ videre. hic
brñs gre. in õ. de decẽ ꝟginibus
ait. O si quis palato cordis sa-
pere posset q̈d admirationis ha
beat ecce sponsus venit. q̈d dul
cedinis et que parate erant in
trauerũt cũ eo ad nuptias: sꝫ q̈d
amaritudinis et clausa est ia-
nua. hec ille. Legiť q̈ in ecclia
beati petri de colonia cuꝫ esset
q̈dã obsessa a demone ꝯtigit et

de duabus obsessis a demone



alias obsessam supuenire. Mox altera contra alteram cepit insurgere et clamoribus et contumelijs se se afficere et demon demoni dicebat. Miser quod consentiendo lucifero sic de celo ruimus. Et alter rndit quare fecisti. Cunque illi quasi penitudinis verba proferrent: alter eorum subiunxit. Tace ce ista penitentia est nimis sera. Tunc quidam circumstantes interrogauerunt demonem illum quid bene facere velles vt ad celum vnde cecidisti redire posses. Rndit. Si esset columna ferrea rasorijs et clauis acutissimis circumquaque bene armata: a terra vsque ad celum erecta: ex nunc vsque ad diem iudicij si carnem haberem in qua pati possem me per illam vellem trahi nunc ascendendo nunc descendendo dummodo peruenire possem ad celestis habitationis amenitatem atque pulchritudinem et gloriam de qua per superbiam cecidi.

Secunda est priuatio gloriose associationis. s. angelorum et sanctorum omnium. O quanta gloria quanta iocunditas quanta dulcedo est vnicuique beatorum esse in tam honorabili societate. conciuem esse angelorum: socium esse apostolorum atque patriarcharum et prophetarum. ac glorie omnium sanctorum imperpetuum fieri participem. vnde greg. Que lingua dicere aut quis intellectus capere sufficit illa superne ciuitatis quanta sint gaudia: angelorum choris interesse. cum beatissimis spiritibus glorie conditoris assistere. hec ille. Ast econtra. O quanta amaritudo quanta desolatio: quanta angustia est miseris reprobis a tam honorabili collegio: atque tam gloriosa societate imperpetuum reijci atque confusibiliter separari. Ber. O quid erit cum se viderit illa miseranda reproborum conditio in illas tenebras exteriores excuti et ab illa beatorum ecclesia perpetua excommunicatione excludi. hec ille.

Tertia est priuatio diuine visionis atque fruitionis. In qua consistit sanctorum beatitudo plena atque perfecta. Inexplicabilis prorsus dulcedo atque inextimabile gaudium est beatis facie ad faciem videre regem glorie et dominum maiestatis et eius imperpetuum gloriosissima frui presentia vnde ex magne deuotionis spiritu dictum est de beatis. Mirantur nec deficiunt in illum quem prospiciunt fruuntur nec fastidiunt quo frui magis sitiunt. O igitur quanta anxietas quantus dolor: quanta afflictio damnatorum est. diuine maiestatis aspectu atque fruitione priuari. ab infinito bono imperpetuum excludi. Nam proculdubio sicut inextimabiliter delectabilis est summi boni possessio: sic ineffabiliter tristabilis et amara est eius amissio. Unde dicit ricar. vltima. dist. quarti libri. Quod inter penas damni carentia visionis dei est maxima et tristicia causata ex illa carentia apprehensa vt prouenien ex actuali malicia proprie voluntatis est maxima inter penas sensus. quia quamuis damnati non appetant videre deum propter amorem sue bonitatis: tamen vehementissime illud appetunt propter desiderium proprie delectationis eo quod firmiter credere compellun

Carentia visionis dei est maxima pena

tur ex illa visione maximam delectationē invidente causari. Carentia igitur visionis illius apprehensa vt proveniens ex actuali malicia ppe volūtatis ē maxima pena damnatorum. In paruulis autē cū originali culpa decedētibus mitior est hec pena damni. nec ex hmōi priuatione diuine visionis est in eis aliqua tristicia: quia non est in eis ex actuali malicia proprie voluntatis. hec ex Ricar. patet itaqz qualiter est in damnatis acerbissim9 dolor. ex priuatione diuine visionis atqz fruitionis. vñ Criso. Due quidez sunt pene: ignis gehenne: et casus glie: nouim9 autez q multi solam gehennā abhorrēt ego aūt casuz glorie mlto amariorē gehenna esse dico. Intollerabile quidā malū est gehenna: sed si decies mille gehennas ponat quis nichil tale dicturus est q̄le est ab illa glia excidi, et a christo exosuz esse. hec Chris. Legitur q magister iordanus q fuit prior generalis ordinis predicatorum quadā die duz trāsiret p quandā villā rogatus est a populo vt visitaret quandaz obsessam. Ad quā cum accederet demon euz litteraliter salutauit. cuz tamē mulier nunqz litteras didicisset: Inter cetera vo predictus magister litteraliter interrogauit demonem dicens. Quare affligis hanc mulierē? Cui demon. Ad hoc compellor a creatore meo Ad quez iordanus. Dic michi vbi velles esse si optio tibi daretur. Cui demon. Cum tantus sis clericus miror q tā simpliciter interrogasti. Et adiecit. Dic michi et tu. vbi velles esse si optio tibi daretur? Ait iordanus. Vellem esse in celo. Ad quem demon. Sic vellē et ego Cui iordanus. Et quare velles ibi esse? Et demon. Ut viderē illā clarā faciē creatoris. Quod cuz iordanus audiret quasi extra se raptus corruit et fleuit. Tādem aūt ad se reuersus interrogauit dicēs Dic michi. Quid velles inde sustinere vt posses creatoris faciem videre. Respondit demon. Omnes penas quas omnes demones sustinuerunt a die qua eiecti sunt de celo: et sustinebunt vsqz in diem iudicij. Ad quem iordanus. Credo te vnuz esse de melioribus demonibus Cui demon. Unus fui de seraphin. Cui iordanus. Dic ergo michi aliquid de claritate vultus dei. Ad quem demon. Non sufficio tibi de hoc aliquid dicere. Cum etiaz angeli qui eius claritatē intuent si essēt in terra et vellent aliqd de eius claritate dicere nō sufficerēt. dicā tñ tibi aliquā similitudinē ex qua ppendere potes aliqualiter q clara sit facies dei. Et dicit Attēde si oēs flores preteriti et futuri omniū arborum et oim graminū viriditas et ois color et pulchritudo oim lapidū preciosorum et metallorum et splendor solis et lune et stellarum et omnis claritas oim luminuz que ab initio vnqz splenduerunt simul lucerent omnis illa claritas respectu diuine claritatis nō eēt aliud nisi tenebrosa nox respectu clarissimi solis. Tūc iordanus ait O q miser est homo qui se a

In sicilia varii cruciatus animarum

deo auertit et sibi tam magnū ꝛ ineffabile gaudium non acq̄rit. Patet itaq̄ ꝙ̄ graue dānum sit a diuina visione imperpetuum separari.

SEcūda ē cōsideratio horrende locatiōis. horribilis em̄ valde ē locus dānatoꝝ. rōe cuius aggrauatur plurimum sua dānatio ꝛ acerbior est sua afflictio. Huiꝰ āt loci ꝯsiderāde sūt tres horribiles ꝯditiones damnatoꝝ mirabiliter afflictiue.

Pria ē horribilis loci situatio.
Scda ē horribilior loci dispō.
Tertia est horribilissima locatorum associatio.

PRimo igiꝭ ꝯsideranda est horribilis loci situatio. Pro cuiꝰ declaratiōe notandū scdm gre. i. iiij. dyal. Qꝫ duplex est infernus. Unus est infernus vniuersalis et iste est in media cōcauitate terre latissimꝰ ꝛ profundissimus orbicularis ac ꝑpetuo duraturus. tanꝙ̄ scilicet carcer regis eterni. Aliꝰ aūt ē infernꝰ ꝑticularis quorūdā ante diē iudicij qui postmoduꝫ in inferiorē īfernū detrudeꝭ. Sūt em̄ sup terrā q̄dā loca patētia vbi damnatoꝝ aīe luūt penas vt ethna et olle vulcani. Ibi em̄ scdm ysidorum li. xij. ethymologiaꝝ. Sunt amnes ardētes pleni sulphureis flammis ꝛ horribilibus in q̄bus scdm poetas dicebaꝭ habitare deus quē vocabāt vulcanum. ſꝫ reuera ibi habitat dyabolus cuꝫ suis. De his autem narrat grego. etiā in. iiij dyal. Qꝫ heremita sctūs ī silua lyparis vidit aīam theodorici regis in ollam vulcani piectaꝫ per deuotos videlicet iohēꝫ papā ꝛ symachū patricium q̄s ille ꝑus iniuste occiderat. Itē narrat de quodaꝫ ciue romano cui in extremis laborāti appuit nauis parata qua ipse ꝛ quidam viciꝰ suus deducēdi erāt in ciciliā. Et subdit greg. Qꝫ vero ille moriens se ad ciciliā deducēdū testatꝰ est q̄d aliud. sentiri pōt nisi ꝙ pre ceteris locis in eius terre insulis eructāti igne tormētoꝝ olle patuerūt. que vt solent narrare q̄ nouerūt laxatis q̄tidie sinibꝰ excrescunt vt mundi termino appropinquāte ꝙ̄to certuꝫ est illuc āpliꝰ exurēdos colligi. tanto ꝛ eadeꝫ tormētoꝝ loca āpliꝰ videntur aperiri. q̄ ōps deus ad correctionē viuentium in hoc mundo voluit ondi vt mentes infidelium q̄ inferni tormēta eē nō credūt, tormētorū loca videāt q̄ audita credere recusant. Eandē autē cām assignat guillermus parisieñ. li. de vniuerso, parte prima. ca. xlvij. Ubi etiā dicit ꝙ in p̄fata insula sicilie ignis ꝑnomiatꝰ viuoꝝ itollerabiliter cruciat aīas ibi appropinquātium ꝛ tn̄ corpora non ledit. Accidit aūt vnū terribile valde citra annuꝫ dñi. M. cccc. xl. Nauigantibꝰ enim quibusdā ꝑ mare q̄ a longo iaꝫ tpe ad terrā nō descenderant ꝛ ipue nictibꝰ illis circa ꝑtes illas sicilie: audiert illi subito clamores atq̄ voces horribiles: vnde horribiliter ꝯcussi ac tremētes nullatenꝰ credebāt se mortem euasuros. Inter illos autē clamores cōfusos subintellexe

Confirmatio predictorum ex Augustini

runt q̄si vocē horribilē clamātē
⁊ tumultuantem ⁊ quasi lingua
ipoꝝ audiētiū dicētē. Ad ignez
Ad ignez. mortua est maria la
parpoinctiere. Cuz aūt post di
es aliquot ad portuz quendā p
uenissent q̄si adhuc tremuli at:
q̄ stupidi vicinis narrare cepe
runt q̄d audierāt. signātes etiā
diem et horā. Et statim dictuz
est eis q̄m tali die et tali hora
mortua est iuilla illa mulier q̄
dam sic vocata. q̄ vtiq̄ turpis ⁊
inhoneste vite fuerat dedita lu
xurie ⁊ carnalib⁹. Qui hoc au:
dierat et aderat in naui predi:
cta testimonium phibuit ⁊ hoc
narrauit multis audiētibus a
quibus vtiq̄ viris fide dignis
hoc pluries narratum audiui.
O q̄ miseri sunt q̄ excecati qui
talia, audientes nō compungū
tur ad penitentiam, non cōuer
tuntur ad dominum neq̄ cōfu
giunt ad dei miam. Patet itaq̄
quoniaz duplex est locus infer
nalis. Unus particularis appa
rens etiā super terraz in diuer
sis regionibus. Alius autē vni
uersalis situatus in medio ter
re. Quare autez sic intra terrā
est locus dānatorū triplex est
principalis ratio. Prima est ra
tio elongationis vt scilicet re
probi maxime distent a beatis
secūdū localem distātiā sicut ⁊
maxime distant secūdū statuū
suorum diuersitatem. Secūda
est ratio vilificationis vt videlz
sicut ipsi viles fecerunt aīas su:
as: sic et in loco vilissimo reclu:
dantur. Tertia est rō affectiōis
vtvz q̄ affectuz terrenis dederīt
in terra ppetuo recludātur. ps
Adhesit in terra vēter nr̄. Con:

Quare intra terram est
locus damnatorum

firmatur autem predicta ratio
ex dictis bti aug. xix. li. de ciui.
dei. d. Ordo est pariū dispariūq̄
rerum sua cuiq̄ loca tribuens
dispositio. Et ibidē li. v. dicit q̄
deus nichil inordinatū relinq̄t
Sed quod facit pondus in cor
poribus hoc facit amor in spi:
ritibus. Unde idem aug. xi. de
ci. dei. Ut corpus pōdere sic ani
mus amore fertur. Et. xiij. con:
fessionum. Amor meus pōdus
meum. eo feror quocunq̄ feror
Sicut ergo sunt a deo ordina
ta determiata loca naturalia
corporibus scdm exigētiā suoꝝ
naturaliū pōderū. Sic ⁊ creatu
ris rationalib⁹ scdm exigētiaz
suoꝝ amoꝝ. Jō sicut electi sunt
in celo q̄z celestia terrenis p̄po
suerunt in amore suo. ita repro
bi sunt ⁊ erūt in loco īfimo q̄z in
suo amore infima ⁊ terrena su:
perioꝛib⁹ ⁊ celestib⁹ p̄posuerūt
Loc⁹ aūt oim infim⁹ est in cen
tro terre. ideo ⁊ in centro terre
est locus infernalis vt sicut re
probi cum hic viuerent cor ⁊ af
fectum in terra fixum habuerīt
sic perpetuo infra terram hor:
ribiliter incarcerentur.

Secundo est consideranda
loci huius dispositio que
horribilior est in situatione.
Ad presens autem precipue di
cemus de triplici horribili cō:
ditione carceris īfernalis, Pri
ma est cōditio abominande vili
tatis. Secunda est cōditio for:
midande paupertatis. Tertia
ē cōditio execrāde tenebrositatis
¶ Prima igitur cōditio loci in
fernalis est abomināda vilitas
Est enim locus ille vilissimus
vtpote a loco nobilissimo scilz

Damnati p(ost) iudiciu(m) patie(n)t fetore(m)



celo maxime elongatus. Vn̄ et post iudicium damnati patient ab oībus elementoꝝ fetulētijs Unde dicit btūs thomas in. iiij sen. dis. Scd̄m basilium in vltima mundi purgatiōe fiet q̄dā sepatio in elemētis vt q̄cq̄d est puruz ꝛ nobile remaneat superius ad gloriam btōꝝ. Quicq̄d vero est ignobile ꝛ fetulentum in infernū proijciatur ad penaz dānatorum. vt sicut oīs creatura dei est beatis materia gaudij: ita damnatis ex omnibus creaturis tormentū accrescat. Hoc enim diuine iusticie competit vt sicut ab vno recedētes per peccatū in materialib⁹ q̄ne multa sunt et varia finē suū constituerunt: ita etiā affligantur ex multis. ¶ Secunda est cōditio formidāde pauptatis. Oēs eñi ibi habitātes extrema paupertate affliguntur et egestate nimia. Unde Lu. xvi. Asserit redemptor noster de diuite epulone q instanter rogabat abraham quatinus mitteret lazarum vt intinctum in aquam digitum non totuz sed tantuz extremaz partem ad eū deferret: oriq3 eius iponeret/ꝛ sic aliquātulum linguā ardore ignis nimio vehementer cruciatā refrigeraret/nec fuit exaudit⁹. De quo dicit gregorius in omelia. Guttam aque petijt qui micas panis lazaro negauit. hec ille. O prorsus miserabilis paupertas. O dolenda nimis egestas. O formidanda penuria vbi nec qui diues fuerat vnicam valuit aq̄ guttā impetrare. O miseri auari O execati cupidi. O fallacis mūdi amatores cur i hac

Paupertas in inferno

vita pauptatē habere tm̄ formidatis. Hui⁹ etenī vite pauptas leuis est ꝛ cito trāsiens. ꝛ que si cum patientia tolleratur ad eternas celestis regni diuitias perducit. Timete ergo timete illā horrendam inferni paupertatem q̄ nunq̄ trāsibit nunq̄ habebit finem. O q̄ maledicti sūt q̄ miserabiles q̄ horribiles excecati q̄ fallacijs ꝛ fraudib⁹ mēdacijs ꝛ rapinis atq3 multis se implicant iniusticijs vt temporales acq̄rant ꝛ trāsitorias diuitias: q̄ volētes tpalē breuē vtilē hui⁹ tpis subterfugere pauptatē eternā incurrūt ꝛ nunq̄ finē habiturā atq3 prorsus inutilez egestatē. O si scirent ꝛ attenderent mūdani quāta sit tristicia quāta desolatio/q̄ta amaritudo in miseris reprobis in taz extreme pauptatis loco reclusis ibi nichil vnq̄ qđ postulent habituris inde nunq̄ in ppetuū liberandis. O vtinā aure cordis attēderēt auaricie sectatores flebilem illā atq3 oīno miserabilē vocem eoꝝ q̄ diuites et potētes in hoc mundo fuere. nunc in infernali carcere lamētātiū atq3 dicentiū illud qđ scribit sapiētie. v. v3. Ergo errauimus a via veritatis ꝛ lumen iusticie nō luxit nobis: ꝛ sol itelligētie nō est ortus nobis. Lassati sum⁹ in via iniq̄tatis ꝛ pditiōis ꝛ ambulauim⁹ vias difficiles. viā aūt dn̄i ignorauimus. Quid nobis pfuit supbia aut diuitiarū iactātia qđ ꝯtulit nobis q̄ scilz ad tantam venim⁹ paupertatem. Transierunt oīa illa quasi vmbra ꝛ tanq̄ nuncius precurrēs ꝛ tanq̄ nauis que pertrāsit flu

Exclamatio damnatorum

ctu autem aquã cui⁹ cũ preteri
erit nõ est inuenire vestigiũ ne
q̃ semitam carine illius in flu
ctibus. Aut auis que trãsuolat
in aere cuius nullũ inuenit ar
gumentũ itineris illi⁹. Aut tã
q̃ sagitta emissa in locum desti
natũ diuisus aer ɔtinuo in se re
clusus est vt ignoret transitus
illius. Sic et nos nati ɔtinuo de
sinim⁹ esse et ꝟtutis quidã signũ
nullũ valuim⁹ ostẽdere. in mali
gnitate aũt nostra cõsumpti su
mus. Talia dixerũt in inferno
hi qui peccauerunt. hec ibi.
¶ Tertia est cõditio execrãde
tenebrositatis. Est eñ loc⁹ ille
tenebrosus valde. Mat. xxij.
Mittite eum in tenebras exte
riores. Qr eñ vt dr io. iij. Dile
xerunt magis tenebras q̃ lucẽ
Ideo iuste in tenebris includũ
tur. Voluntarie q̃ppe tenebras
interiores culpe incurrerũt: iõ
iuste in tenebris exterioribus
ppetuo incarcerant. vt sic i te
nebris includantur tenebre.
De hoc loco tenebroso dicit be
atus iob. Dimitte me vt plãgã
paululũ dolorẽ meũ anteq̃ va
dam et nõ reuertar ad terrã te
nebrosam et opertã mortis cali
gine. terrã miserie et tenebrarũ
vbi vmbra mortis et null⁹ ordo
sed sempitern⁹ horror inhabi
tans. Job. x. Pro maiori aũt in
telligentia predictorũ. Notan
dum scdm richardũ in. iiij. dist.
xv. q̃ lumẽ est per se delectabi
le. p accidẽs aũt q̃nq̃ tristabi
le i quãtũ ostẽdit aliquid quod
displicet. Et quia infernus lo
cus est omnis tristicie. ideo in
eo non est aliquod lumen quod
visum delectet. Est tamen ibi
aliquod lumen fumosum et ob
scuritati permixtum quo dãna
ti videre possint vñ doleant. Et
hoc dicitur ꝑm gre. ix. mor. ver
sus finẽ vbi dicit. Ignis inferni
q̃uis ad consolationem non lu
ceat: tamen vt magis torqueat
ad aliquid lucet. nam sequaces
quosq̃ suos secum in tormen
to reprobi flamma illustrante
visuri sunt quorum amore deli
querunt. hoc gregori⁹. Et hoc
idem in sententia dicit ysidor⁹
lib. de summo bono. lib. i. In
figuram harum tenebrarum in
fernalium facte sunt tenebre
horribiles in vniuersa terra
egypti. Vt habetur exodi. x. vbi
dicit nicolaus de lyra q̃ tene
bre ille ideo dicuntur horribi
les qr inter illas videbant egy
ptij visione ymaginaria fantas
mata quedam et turpes figu
ras que non paruum eis inge
rebant timorem. Ita et in infer
no sunt et semper erunt horri
biles tenebre quia damnati vi
debunt se mutuo inter tormen
torum angustias laborantes et
malignos spiritus aspicient⁹ q̃
eis modis horribilissimis ap
parebunt. O q̃ dolenda est illa
hora in qua damnatus intrat
tam horribilem tam tenebro
sum inferni carcerem nunq̃ vi
surus lumen per tot milia an
norum. O quãtus horror est in
miseris reprobis cum vident
tam tenebrosam noctem et nun
q̃ diem sunt visuri. Nam si in
hoc mundo viderent homines
noctem protrahi vsq̃ ad men
sem vel annum. cuncti mirabi
liter horrescerent / cuncti cla
marent ad celum misericordi

az. Unde deobscurato sole post mortem cesaris dicit virgilius Ille etiam extincto miseratus. Cesare romã. Cuz caput obscura nitidum ferrugine texit. Impieqꝫ ea eternam timuerunt secula noctem.

Tercio est ꝯsideranda horribilissima associatio miserorum dãnatorum in tã horribili loco locatorum: Associantur enim nequissimis spiritibus et malignis demonibus. Unde in iudicio dicetur reprobis illud mat. xxv. Ite maledicti in ignem eternũ qui paratus est dyabolo et angelis eius. Quantũ aũt sit eorum societas dira et molesta atqꝫ horribilis põt perpẽdi per affectus crudeles quos exercẽt i illis quos permittẽte deo obsident in hac vita. Nam a deo illos turbãt et sic grauiter atqꝫ horribiliter vexant vt qñqꝫ sic obsessi surdi aut muti fiant. qñqꝫ manibus proprijs se lacerant et discerpunt: qñqꝫ nisi cathenis constringerent etiam domesticos et amicos conantur opprimere aut dentib⁹ laniare. Quid putas igitur faciunt dyaboli illis quos in inferno volente deo oĩno pro libito suo vexare possunt: si talia etiã agũt hic cũ his qui de eorum potestate possunt penitus liberari: Nullus profecto aut cogitare aut dicere põt ꝙ grauis ꝙ dura ꝙqꝫ importabilis erit damnatis miseris societas illa horribilis dyabolorum. Legitur in li. de dono timoris ꝙ religiosus quidam in dormitorio cuz alijs iacẽs cepit horribiliter clamare Et cum multi surgẽtes ad eum conuenissent videbant euz fixis oculis immobiliter respicientem ad parietẽ nec eis aliqd loquentem sed horrore mirabili ꝯcussum In mane aũt sequẽti requisitus a priore quid habuisset rñdit se vidisse demonẽ. Interrogatus aũt de forma ei⁹ ait. Nõ posset eius forma describi. Sed hoc dico ꝙ si esset furn⁹ ardens ex vna parte: et talis forma demonis ex alia: magis eligerem furnũ ardẽtẽ itrare ꝙ tã horribilẽ figuraz videre. hec ibi. O ꝙ miseri ꝙ maledicti sũt illi propter pctã sua talibus socijs compelluntur in perpetuum sociari.

Tertia cõsideratio pncipalis declarãs grauitatẽ et acerbitatẽ penarum infernalium est consideratio dolende cognitionis. Nichil enim cognoscunt nisi ea vnde doleant et contristentur. Ad qð plenius declarandum tria sunt dubia declaranda.

Primum est circa prius acquisitam scientiam.

Secundum est circa eorum que hic fiunt noticiam.

Terciũ est circa btorum gloriam.

Primũ itaqꝫ dubiuz est vtrũ dãnati vtantur scia in hoc mundo acqsita: Rñdet rich. de media villa. et btũs boñ. in. iiij. dis. l. ꝙ dãnati vtuntur scia acqsita in hoc mũdo maxime ꝙtum ad aliqua. Considerant enim mala que fecerunt ⁊ bona que amiserunt ⁊ hic vsus scie est i eis ad maiorẽ eorum afflictionem. Ex talibus enim consideratis sequuntur tres acerbissime afflictiones. Prima est afflictio timo-

ris et tremoris ineuitabilis.et
hoc quidē iuste qꝛ cū viuerēt ti=
mere deum noluerūt.Job.xviij.
Terrebunt eum vndiq; formidi
nes.Greg.In tp̄alibus cum pe=
na ifligit timor quiescit. Apud
inferos pene inflictio timoris
est augmētatio.Exēplum est de
chaym ad cuius magnam infe=
licitatem ascribitur timor con
tinuus in capite eius q̄tomā=
gis ad maximam infelicitatem
damnatoruꝫ pertinet ille timor
totalis. ¶Secūda est afflictio
pudoris seu confusionis impor
tabilis.et hoc quidem iuste qꝛ
cum hic viuerent peccare non
erubuerunt. Probabile quip=
pe est ꝙ in inferno apparebunt
aliqua signa in dānatis de cau=
sa damnationis eorum.sicut a=
liqn̄ in fure cui suspenditur fur=
tum ad colluꝫ quod est causa su
spendij sui.hie.ij.Sicut cōfundi
tur fur ita et tu confunderis Et
tereñ.i.Conuolute sunt ⁊ impo
site sunt collo meo /scilicet ini=
quitates mee.Et numeri.xxxij.
Scitote quoniam peccatum ve
strum apprehendet vos ¶Ter
cia est affectio doloris intolera
bilis. Et hoc.quidem iuste qꝛ dū
hic viuerent dolere de pecatis
suis ꝯtempserunt.Si dolor par
tus irruens in mulierem sic eā
affligit: quid erit de illis super
quos irruet omnis dolor? Job.
xx.Omnis dolor irruet super eū
scilicet in damnatum.

SEcundum dubium est vtrū
damnati distantes a nobis
cognoscant ea que fiunt circa
nos.,Respondet rich.in.iiij.dis.
l.ꝙ damnatos cognoscere que
circa nos fiunt,potest intelligi
tripliciter. Aut per scientiam/
aut per coniecturam aut per re
uelationem.¶Primo modo nō
cognoscunt ea que circa nos fi
unt quia sic cognoscere nō pos=
sunt nisi accipiendo similitudi=
nes a rebus ad quas accipien=
das requiritur ꝑportionata pro=
pinquitas itellectus ad rē ipsaꝫ
q̄uis aūt distantia non impedi=
at cognitionem intellectus res=
pectu rei cuius iam habet spe=
ciem/tn̄ in propotionata distan
tia impedit cognitionem respe=
ctu rei cuius nōdum habet spe
ciem qꝛ non habet speciei acq=
sitionem. ¶Scd̄o mō multa co
gnoscunt q̄ circa nos fiunt. Ex
statu em̄ preterito ī quo hoīes
viderunt coniecturant multa q̄
accidunt circa eos.et sic cogno
scebat ille diues damnatus q̄n
ꝙ fratres suos adhuc viuere qꝛ
illos in tormentis secum non
videbat/nec cum requiescenti=
bus in sinu abrahe. ¶Tercio
modo etiam cognoscunt aliqua
que circa nos fiunt vel per reue
lationem demonum vel a nima
rum ad eos descendentium.
Sed nunq̄ fit eis aliqua reuela
tio nisi talis vnde tristentur. O
igitur miserrima damnatorum
conditio.Nunq̄ cogitabūt/ nū
q̄ videbunt/nunq̄ audiēt/nun=
q̄ cognoscent aliquid quod non
sit eis causa doloris et acerbissi
me tristicie.

TErcium dubium est/vtruꝫ
damnati videant gloriam
sanctorum in celo? Respondet
rich.vbi.s.ꝙ non vidēt qꝛ visio
est cognitio intuitiua ⁊ clara ꝑ
prie loquēdo de visione.sic au=
tem non videri posset gl'ia bea=

toꝝ qui viderent beati ⁊ ipe de
us. In gñali tñ et etiã q̃dãmodo
in ſpãli cognoſcunt glõiam btõꝝ
quaſi arguẽdo. Nullũ em̃ videt
dãnatũ qui fidẽ tenuerit et mo:
res bonos. Vñ cogit intellectus
eoꝝ aſſentire ꝙ vera eſt ſacra
ſcriptura ⁊ ex ↄ̃ñti ꝙ boni habe
ant ea q̃ eis in ſacra ſcriptura
promittunt. Propt hanc aũt co
gnitionẽ triſtant ⁊ torquent dã:
nati. Tum ꝑpter aliene felicita
tis inuidiã tũ ꝑpter tante btitu
dinis carentiã. tũ ⁊ propter pro
prie volũtatis negligentiã pro
pter quã ſe ſe videbũt tãta feli:
citate ꝑuatos. Ps. Pctõr vide:
bit ⁊ iraſcet dentibus ſuis fre:
met ⁊ tabeſcet deſideriũ pctõꝝ
peribit. Et yſa. xiij. Oẽ cor hois
ↄtabeſcet ⁊ ↄteret. torſiones et
dolores tenebũt quaſi ꝑturien:
tes dolebunt. Poſt iudiciũ autẽ
vt dicit idez rich. damnati eo ꝙ
ad proprias penas quaſi totali:
ter reflectet eoꝝ cognitio. Iſtã
cognitionẽ nõ habebũt niſi for
te mõ quodã gñaliſſimo qꝛ pro:
pter ↄplemẽtum doloris intelle
ctus eoꝝ p̃dicte argumẽtatiõi
nõ vacabit. O q̃ta igit eſt ⁊ erit
in dãnatis anguſtia / q̃ta ama:
ritudo q̃ta ve triſticia qñ cogno
ſcent diſtincte oia pctã ſua que
ↄmiſerunt q̃tus dolor qñ cogno
ſcent bona q̃ omiſerũt ⁊ facere
potuerũt q̃ta anxietas qñ ſibi
reuelãtur ea q̃ in hoc mundo fi:
unt vt amplius doleant q̃ acer
ba prorſus afflictio qñ ↄſiderãt
ꝙ boni ⁊ amici dei ſunt in perẽ
ni glĩa et gaudio inextimabili.
Omnis itaq3 huiuſmodi eorum
cognitio erit eis ſupra modum
doloroſa et anxia.

Quarta cõ
ſideratio oñdẽs pe
ne infernalis acer
biſſimã ↄ̃uitatẽ dr
ↄſideratio iordinate affectiõis.
Sicut em̃ dr eze. xxxij. Deſcen:
derunt ad infernuz cum armis
ſuis. id eſt ſm glo. cum animis
deo et eccleſie rebellibus. Affli
gentur autem precipue ⁊ tripli
ci affectione inordinata.
Primo affectione timoris et ſu
perbie.
Scdo affectiõe odij ⁊ diſcordie.
Tercio affectione murmuris ⁊
impatientie.

PRimo affectione tumoris
et ſuperbie. Ps. Superbia
eoꝝ qui te oderũt aſcẽdit ſemꝑ
ſcz extenſiue quo ad durationẽ
Et propter hãc ſuperbiam gra
uiſſime torquentur. Superbus
em̃ maxime querit et deſiderat
libertatẽ. ⁊ q̃to ſuꝑbior eſt tan
to ſibi durius eſt alteri ſubijci.
O igitur q̃ta eſt acerbitas affli
ctionis damnatoꝝ / q̃ dura an:
guſtia qui et in ſuperbia obſti:
nantur ⁊ tñ penis inumeris at
q̃ tormentis ſubijciuntur.

SEcundo affectione odij et
diſcordie. In ipis em̃ eſt cõ
ſummatũ odium. Odiunt em̃ de
um ⁊ eius iuſticiam. odiunt oẽs
alios tam btõs q̃ dãnatos odi:
unt etiã ſemetipos. Vñ ex odio
et tedio vite ſue deſiderãt mor
tem. Ibi nec amico ↄpatitur qui
hic amicus fuerat nec pat filio
aut ecõtra / neq3 filie ↄpatit mat
nec ecõtra. Et ſicut dicit anſel.
Mali in tanta diſcordia ꝑſiſtẽt
vt ẽt eoꝝ corp⁹ ⁊ aia diſſideant.
Inter eos etiã ſemꝑ erit iurgi:

um:qr sicut dr̃ ecclesiastici.xli.
De impio prẽ cõquerunt filij:qr
vz q̃ necessaria erant ad salutẽ
non eos docuerat neqȝ a vicijs
eos compescuerat. Parentes
vero conquerent de filijs qr pro
pter eos iniuste tẽporalia mun
di bona acquisierunt et restitue
re noluerunt.

Tercio affliguntur damna
ti affectione inordinata
murmuris et impatientie. Sũt
enĩ et erunt impij vltra oĩm be=
stiarum insaniam iracundi in i
ferno et pre nimia impatientia
et furore continue perturbati.
Ps. Dominus in ira sua con=
turbabit eos Et apoc.xvi.Com
manducauerũt liguas sua pre
dolore:quia videlicet liguas su
as et omnia suoꝝ corporũ men
bra si possent pre furore nimio
lacerarent.Sequitur.Et blas=
phemauerunt deum celi pre do
loribus et vulneribus suis.Cir
ca quod notandum scd̃m tho.ij.
ij.ꝙ damnati in inferno retinẽt
peruersam voluntatem auersã
a dei iusticia in hoc ꝙ diligunt
ea pro quibus puniuntur ⁊vel
lent adhuc eis vti si possent,⁊pe
nas odiunt q̃ ꝑ hm̃oi pctis infli
guntur.Dolent ergo de pctis q̃
ꝯmiserunt non qr ipsa odiãt: sȝ
qr pro eis puniuntur. Sic igi=
tur talis detestatio diuine iu=
sticie est in eis quedam interi=
or cordis blasphemia. Et credi
bile est ꝙ in eis post resurrecti=
onem erit etiam vocalis.blas=
phemia sicut in sanctis laus dei
vocalis. Unde apocalip.xvi.di=
citur.Estuauerũt homines estu
magno et blasphemauerunt no
men domini habentis potesta=
tem super has plagas.Ubi dicit
glosa ꝙ in inferno positi q̃uis
sciant se.pro merito puniri.Do
lent tamen ꝙ deus tantam ha
beat potestatem ꝙ tales eis pla
gas inferat. Uidentes ergo pe=
nas illas se non posse euadere
tanq̃ desperati feruntur ad om
ne illud quod eis suggerit,per=
uersa voluntas diuinam iustici
ciam detestando. Hec thomas.
Exemplum ad propositum eoꝝ
que predicta sunt legitur in sũ=
ma,de septem donis.Cum qui=
dam vsurarius infirmaretur ad
mortem,nec vellet ei.sacerdos
sacramenta conferre nisi resti=
tueret vel cautionem faceret,
illeqȝ recusaret:hortabãtur ad
hoc filij ne ad infernũ descende
ret moriens.Ille vero responde
bat.Nescitis quid dicitis.Si vel
lem male ablata restituere:re=
linquerem vos pauperes et ege
nos.Meliusqȝ est se committre=
re misericordie dei q̃ misericor
die hominum. Et in hac perti=
nacia mortuus est et in inferno
sepultus. Ex duobus autem fi=
lijs eius dixit alter ad alterum
Pater noster damnatus est.
Non imitemur eum retinendo
vsuras per illum extortas: sed
restituamus ne cum eo damne=
mur sed saluari possimus. At il
le respondit.Ego partem meaȝ
retinebo.Si pater vsuras fecit:
ipse non ego penas portet. Al=
ter ergo portionem suam resti
tuit et deserens seculum se totũ
dei obsequio tradidit. Dum au
tem ille qui in seculo remanse=
rat mundanis se immergeret:
infirmatus ad mortez nec peni
tens secutus est patrem. Quod

frater audiēs rogauit deum vt
pr̄is cum fratris ſui ſtatum di-
gnaretur oñdere. Una igit̄ die
rum cum oraret: vidit terrā ap-
tam ⁊ in inferno patrē in flam-
mis penitꝰ ſepultum/⁊ filiū eiꝰ
fr̄em ſuum iacentē ſup eū. Ma-
ledicebatq̄ pater filium dicens
Maledicta ſit hora in qua te ge
nui fili/⁊ tu ſis maledictus q̄ ꝓ
pter te feci vſuras nec reſtitue-
re volui. Filiꝰ vero r̄ndebat. Et
tu ſis maledictꝰ pr̄ ⁊ maledicta
dies ī qua me genuiſti q̄ exēplo
tuo docuiſti me fenerari et vſu
ras extortas non reddē. Et poſt
ambo pariter eiulātes blaſphe
mabant cūcta creata ⁊ deū oīm
creatorē. Qđ cernens ille ſeruꝰ
dei gr̄as egit deo qui eū libera
uit de tanto malo Pz itaq̄ q̄ ſit
inordinata damnatoꝝ affectio
rōne cuius plurimum valde ag-
grauatur ſuoꝝ tormētoꝝ acer-
bitas. Immo acerbiſſimum tor-
mentum eſt ipſa inordinata af-
fectio. Uñ pz ꝙ in inferno preci
pue torquent̄ dānati a ꝓpria vo
luntate et proprijs peccatis.

Quita pri
cipalis cōſideratio
infernalis acerbi-
tatis oñſiua eſt cō-
ſideratio miſerabilis conditio-
nis et hoc quo ad ſtatum corpo
ris poſt reſurrectionem. Pro cu
ius declaratione primo notan-
dum ꝙ ſicut accipi pōt ex ſentē-
tia augu. xxij. de ciui. dei. c. xix.
Oīs corporalis deformitas re-
ducitur vel ad illam que eſt ex
parte coloris/vel ad illā que eſt
ex parte figure: vel ad illā q̄ eſt
ex parte diminutionis partium
vel ad illam que eſt ex parte ſu-
perabundantie. Nullo aūt hoꝝ
modoꝝ erit qualiſcunq̄ defor-
mitas in corporibus electorum
Uñ dicit ipſe augu. Reſurgent
corpora ſctōꝝ ſine vllo vicio ſer
uata integritate nature. In cor
poribꝰ aūt damnatoꝝ nulla quī
dam erit deformitas ex parte di
minutionis partiū q̄ vt dicit a-
poſtolꝰ. i. ad coꝝ. xv. Mortui re
ſurgent incorrupti id eſt ſine di
minutione ſcđm gloſam. vt ſic
ipi dānati grauius ⁊ ampliꝰ pu-
niantur cum in oībus membris
ſuis integris puniētur. Dicunt
aūt aliqui ꝙ alie deformitates
quas habuerint in vita iſta ma-
nebunt in eis ad maiorē eoꝝ cō
fuſionē Aliꝗ̃ vo dicūt ꝙ reſurgēt
ſine illis q̄ ī repatiōe corporis
reſurgētis magis attēditur na
geres eādē btitudinē haberet:
duplicaret̄ gaudiū tuuz. Si vo
duo vel tres vel multo plures
idipm̄ haberēt: tātūdē p singu=
lis quātuz p teipo gauderes si
singulos sicut teipsuz amares.
Ergo illa ꝑfecta caritate innu
merabiliuz btōꝝ angeloꝝ et ho
minum vbi null⁹ minus alium di=
liget q̄ seipm̄: nō aliter gaude=
bit q̄sq pro singulis alijs q̄ pro
seipo. Si ḡ cor hominis de tāto
bono suo vix capiet gaudiuz su
um quō capax erit tot r tantoꝝ
gaudioꝝ. hoc ansel. Jtē de hac
amicitia dicit idez ansel. lib. de
simili. Perfecta amicicia ē q̄ in
inimiciciā cōuerti non pōt. hic
aūt si q̄s tātā amicitiā haberet
ad alium velut p̄r ad filium: vti
tn̄ pōt i inimiciciā sz i p̄ria ꝯtū
se q̄sq tm̄ r tādiu diliget alterꝝ
nec video quō possit aliter esse.
Presertī cum oēs vnum corpus
xp̄i sint r xp̄s oim pater sit et ca
put. hec ille. Si igit in hac vita
misera iocundū ē hr̄e amicū ve
ruz r fidelē r delectabile est ami
cis ꝯuiuere. pp q̄d dicit sapiens
ecclesiastici.xxv. Btūs qui inue
nit amicū verꝝ: q̄ta tūc erit iocū
ditas tātos tales et tot amicos
tā perfecte fideliter r veraciter
diligētes hr̄e r ipm̄ fontē ami=
cicie possidere. Tāta siqdez vis
caritatis eos inuicē sociat: vt
vnusq̄sq quod in se nō accepit:
in alio accepisse se gaudeat Ex

hac aūt caritate ⁊ amicicia mutua erit inter eos perfectissima concordia. de q̄ sic dicit Ansel. Concordiā nec ad nosipos hic plerūq̄ hēmꝰ cum corpꝰ ⁊ aīa dissideāt. sed hec cessabunt cū corpꝰ ⁊ aīa ī deum tēdēt. Eccl'ia enī vna erimꝰ ⁊ xp̄i corpꝰ ⁊ xp̄us erit caput ⁊ sponsꝰ. Sꝫ dicis. Si ego q̄ volo habuero: ⁊ idē mecū oēs volūt: ergo maior petro eē potero si voluero. Rn̄deo ībecillitati tue. Te maiorē esse petro: velle nō potes q: hoc velle ē se nihil velle eē. Illi enī eē eq̄lē in gl'ia velle nō poteris cuiꝰ meriti ipar es. Pulcherrimū ei illō corpus ꝓ nullo cōmodo violare velles In humano etenī corpe nec pes manꝰ eē appetit nec oculꝰ aurꝭ: sic ī illa dei ciuitate admirabili: quisq̄ enī ꝓ modulo suo satiabit̄ vt nec āplíꝰ velle possit. Tho. ēt in. iiij. dis. xlix. assignat rōnē di. In btis erit pfecta caritas. vn̄ ibi q̄libꝫ plꝰ deū diliget q̄ seipz. Et iō magiꝭ volet id qđ ē ꝯueniēs deo. q̄ id qđ ei eēt vtilius. Et iō magis volet diuinā iusticiā saluari ī hoc qđ ipe minꝰ habeat qđ ē deo ꝯueniētiꝰ: q̄ ī hoc qđ plꝰ hēat qđ esset sibi vtiliꝰ q: hoc ēt ē ei ꝯueniētiꝰ. sicut puero ꝯueniētior ē tunica sibi ꝓporcionata iuxta sui corpis q̄titatē q̄ maior ⁊ ꝓlixior. ⁊ de ea est magis contentus quo ad vsum suum q̄ de maiori.

Secūdo erit ienarrabilis q̄dā accidētal' leticia ī btis ex gl'iosa societate ꝑ ꝑ iexplicabilē nūerositatē. Scti nēpe dilatāt spūalē atq̄ gl'iosum aspectum ad ifinitū numeꝝ btōꝝ in q̄bꝰ m'tiplicāt q̄si inumerabilit̄ suā accidētalē gl'iam. vn̄ ex hac rōne tot gaudijs gaudebunt q̄t ꝯsodales hn̄t āgelos ⁊ homines De hmōi autē inumerabili multitudie dr̄ apo. vij. Uidi turbā magnā quā dinumerare nemo potat ⁊c. O q̄ mirabile ⁊ q̄ iocūdum erit vidē tot ⁊ tātas: tā gloriosam ⁊ nobilissimā societatē i qua omnes erunt reges. vt superius dictum fuit.

Tercio ꝑ ꝑ iextimabilē varietatē. Nā gaudebūt eq̄les de gl'ia eq̄liū. maiores de gl'ia minoꝝ. mīores de gl'ia maioꝝ. vn̄ de q̄libꝫ aīa btā dici pt illud ps̄. Astitit regia a dextrꝭ tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. s. gl'ie ⁊ pulchritudis sāctoꝝ. Propt̄ p̄dicta bn̄ dicit Ansel. li. ꝓso. Cur ꝑ multa vagaris homūcio q̄rēdo bona aīe tue ⁊ corpis tui. Ama vnū bonū in q̄ sūt oīa bōa ⁊ sufficit. Si te delectat pulchritudo fulgebūt iusti sicut sol. Si volūtas aut fortitudo aut libertas corpis cui nihil obsistere possit: erūt siles āgelis dei q: seminat̄ corpus aīale ⁊ surget corpꝰ spūale ptāte vtiq̄ nō natura. Si lōga ⁊ salubris vita ibi sana ē eternitas ⁊ eterna sanitas q: iusti ippetuū viuēt ⁊ salus iustoꝝ a dn̄o. Si sacietas saciabimur cum appuerit gl'ia dei. Si ebrietas: iebriabunt̄ ab vbertate domꝰ eiꝰ. Si melodia: ibi āgeloꝝ chori ꝯcinunt sine fine deo. Si q̄libꝫ mūda voluptas: torrē te voluptatꝭ sue potabit eos deꝰ Si sapia: ipa dei sapia ōndet se ipam. Si amicicia: diligēt deū plusq̄ seipos: ⁊ inuicē tā q̄ seipsos. Si ꝯcordia: oībus illis erit vna volūtas: q: nulla erit ibi ni

fit dei voluntas. Si ptās: oipotē
tes erūt volūtati sue sicut deꝰ sue
Nā sicut pōt deꝰ qđ vult p seipm
ita poterit illi qđ voluerit p illum
Si honor ⁊ diuitie: dās suos bo
nos ⁊ fideles supra multa bona
ↄstituet: immo filij dei ⁊ dij voca
bunt: ⁊ erūt. Et vbi erit filiꝰ dei:
ibi erūt ⁊ illi. heredes qdē dei. co
heredes autē xpi. Si vᵒ securi-
tas: certi ita erūt vt nullatenus
ista vel potiꝰ illud bonuȝ sibi de
futuꝝ sciant. Interroga itima
tua: si capē pñt tm̄ gaudium su
um de tanta btitudine sua. hec
ille. O igit ceci mundani q̄ padi
sum facitis de hoc mundo q̄ ē pa
radisꝰ asinoꝝ: cur sursū corda
nō erigitis? Excellētiā aūt inef
fabilē illiꝰ celestis glie de q̄ dixi-
mꝰ tā sbalis ꝙ ↄsbalis: ꝙ ēt acci
dētalis magna cū dulcedie ↄsi-
derās aug. in lib. solil. dicebat.
O regnū etnū: regnuȝ oim scto
rum. vbi lumē indeficiēs: ⁊ pax
dñi q̄ exupat oēȝ sensuȝ in q̄ san
ctoꝝ aie reqescūt. ⁊ leticia sem
piterna sup capita eorum. O ꝙ
gliosuȝ ē regnū q̄ tecum dñe re-
gnāt oēs scti amicti lumine si-
cut vestimento hñtes in capite
suo coronā de lapide pcioso. O
regnū btitudis etne: vbi tu dñe
spes sctōruȝ ⁊ corona glie facie
ad faciē videris a sctis letificās
eos vndiq̄ pace tua. Ubi gaudiū
īfinitū: leticia sine tristicia. salꝰ
sine dolore reqes sine labore:
lux sine tenebris: vita sine morte
oē bonū sine oi malo. Ubi iuuē-
tus nunꝙ senescit. Ibi vita ter-
minū nescit. Ibi decor nūꝙ pa-
lescit. Ibi sanitas nūꝙ marces
cit. Ibi gaudiū nunꝙ decrescit.
Ibi dolor nūꝙ sentit. Ibi gemi
tus nūꝙ audit. Ibi triste nichil
videt. Ibi leticia sp habet. Ibi
malū nullū timet. qm̄ summū bo
num possidet. qđ est sp vidē faci
em dñi virtutū. hec ille. O ꝙ vtile
est hec tanta gaudia ↄsiderare
ↄtra huiꝰ miserabilis mūdi tor
mēta. Iō dicit hier. ad eustochi
um. Quotiens te vana scli dele
ctat ābitio: q̄tiēs ibi videris ali
qđ gliosum: ad paradisuȝ mēte
trāsgredere ⁊ ēē icipe qđ futura
es. Egredē paulisper de carcē
corporis tui ⁊ pñtis laboꝝ mer
cedē añ ocłos depige: quā ocu-
lus nō vidit: nec auris audiuit.
nec i cor hoīs ascendit. hec ille.
De excellētia aūt hmōi merce-
dis sctōꝝ di. ber. Merces sctōꝝ
tā magna est ꝙ nō pōt mēsura-
ri tā mlta est ꝙ nō pōt numera-
ri tā copiosa ꝙ nō pōt finiri tā
pciosa ꝙ nō pōt extimari. Et au
gust. de ciui. dei. Qđ deꝰ ppara
uit diligētibꝰ se spe nō attingit
caritate nō ↄphēdit: desideria
⁊ vota trāsgredit: acqri pōt exti
mari nō pōt. hec ille. Ecce ꝙ ma
gna remūeratio / ꝙ magnū pmi
um ↄsequit modicū laborē huiꝰ
vite. Uñ sap. iij. In paucis vexa
ti (ecce laboris exiguitas) i mul
tis bñ disponent. Ecce magna
remuneratio. Uñ btūs effreȝ sic
inqt. Modicꝰ est labor istitutio
nis nr̄e frēs kmi ⁊ magna ē reqe-
es: parui tpis ē afflictio: sed re
tributio eiꝰ vȝ delicie paradisi
⁊ exultatio ⁊ leticie in sclm̄ scli
pmanebūt. Iō dicit sapiēs eccli-
asti. vlt. Uidete ocłis vrīs q̄ mo
dicū laboraui ⁊ iueni mihi mul-
taȝ reqeȝ. Et sic clare pȝ ꝙ bre
uis iste labor ē pmia mlta labo
ris. Fac igit libent ⁊ voluntarie

imortalis futur⁹ pvita ppetue duratura q̄ gratanter faceres hō mortu⁹ pvita tp̄ali ad modicum differēda. Sȝ ptḣdolor q̇s peitet: q̇s pctā defletꝛ q̇s fubuenit paupi: q̇s miseret̄ inopi: q̇s ꝯpatit̄ miseris/ q̇s cogitat de futuris: nemo penitus vel pauci oēs q̇ppe terrena sapiūt et que sua sūt q̄rūt nō q̄ iesu christi/ vicia diligūt/ virtutes fugiūt. ꝛ sicut iumenta in stercorib⁹. sic et ipsi in pctis multiplicib⁹ miserabiliter ꝯputrescūt. Quid plura: nolunt scire ꝛ intelligere vt bñ agāt: nec oculos aperire vt clare videāt: sic excecauit eos malicia eorū. O stulta malicia O mala stulticia voluntarie vitā fugere/ mortē diligere/ spernere bonū: agere malum: deuȝ contemnereꝛ ꝛ demoni obedire O miserrime peccator cur proprio caput ense secas: Cur spōte cathenas demonis icurris: Cur sua iussa facis: Exurge exurge: euigila: vade et relinque dyabolum fuge: demonium ne postea cū eo eternaliter condēneris. Miror nec satis mirari sufficio ꝙ hō qui pre ceteris est creatura rōnalis in nullo q̄li sequitur iudiciuȝ rōnis spnēs salubria: affectās noxia: querens et desiderans mortifera. O deus eterne q̄ causa talis dementie: q̄ rō tante fatuitatis ꝛ insanie: Cur aie morteȝ tā pno corde requirunt homines: Cur sibi quod tollit viuere captat homo: Uere vere: gens absq̄ consilio est et sine prudentia. Heu vtinā saperent et intelligerent ac nouissima prouiderent.

Amen.

¶ Sequunt̄ alique breues questiones sermocinantibus satis oportune ab eodem patre et diuersis doctoribus exerpte: partim his q̄ttuor nouissimis partim diuersis aliis materiis applicabiles/ quas cuȝ inuenisset impressor huic operi connexas noluit etiā pre reuerentia tanti patris eas deperire.

Utrū aduētū dñi ad iudicium. p̄cedē debeāt aliq̄ signa: ꝙ nō q̄ꝛ p̄mū ei⁹ aduētū non p̄cessert huiusmōi signa. Sȝ cō. luc. xxi. Erūt signa i soleꝛc. R̷. Xp̄s ad iudicā dū veniēs in forma gl̄iosa appebit pp authoritatē q̄ iudici debetur. Ad dignitatem aūt iudiciarie ptātꝭ ptinet hr̄e aliq̄ idicia q̄ ad reuerentiā ꝛ subiectioneȝ iducāt. iō aduētū xp̄i ad iudiciuȝ mlt̄a signa p̄cedēt vt corda hoim in subiectionē venturi iudicis iducant̄ ꝛ ad iudiciuȝ p̄parent̄ hmōi signis p̄moti. q̄ aūt sint ista sig̃ de facili sciri nō pōt Sig̃ aūt q̄ in euāgeliis legūt̄ vt aug. dicit ad esuciuȝ de fine mūdi non solū ptinēt ad aduentuȝ dñi ad iudiciū sȝ etiā ad tp̄s destructiōis hierl̄ȝ ꝛ ad aduētū q̄ q̄tidie xp̄s eccl̄iaȝ suam visitat Ad illud aūt q̇ꝺ obiicit̄ dicēduȝ ꝙ in prio aduentu xp̄s venit occult⁹/ ir: secundo autem vētur⁹ est manifestus. hec tho. in. iiij.

¶ Utrū oēs gñaliter resurgēt: ꝙ nō. ps. Non resurgent impii i iudicio. Sȝ ꝯtra. i. cor. xv. Oēs quideȝ resurgemus. R̷. Ea q̄rū rō sumitur ex natura spei oȝ similiter esse in his que sunt eius

dem speciei talis aūt ē resurrectio. hec em̄ est eius rō ꝑ aīa in perfectione vltima spēi hūane esse non pōt a corpore separata. Vn̄ nulla aīa in ppetuum remanebit a corpore separata. Ad illud aūt qd̄ obijcitur dicendum ꝙ loquitur de spūali resurrectione. hec tho. in. iiij.

¶ Utruꝫ i iudicio resurgēt oēs electi? ꝙ non qꝛ liberior est aīa ad contemplāduꝫ deum exuta corpore ꝙ̄ corpori ꝯiuncta: sed nichil debet fieri quo aīe electorū sint minus libere ad contemplanduꝫ deuꝫ ḡ electoꝝ aīe corporibus nō vniētur. Contra. ij. machab. vij. Rex mundi defunctos nos suis legibus in eterne vite resurrectione suscitabit: ſꝫ electi moriuntur in obseruatione legis diuine. ergo electi resuscitabuntur. Rn̄sio ƀm rich. in. iiij. sen. disti. xliij. ꝙ oms̄ electi resurgent qꝛ ad hoc ordiāt principaliter resurrectio vt homines ꝯsequātur vltimum finē suuꝫ. vltim⁹ aūt finis electoꝝ ē perfecta eoꝝ ꝯiunctio cuꝫ sūmo bono quo fine ꝯpletur oīs appetitus eoꝝ. hunc aūt finem complelius consequētur electi per resurrectioneꝫ eoꝝ qa sicut dicit aug. xij. super gen̄. versus finem. Inest aīe quidam naturalis appetitus corpus administrandi quo appetitu retardat quodammodo ne tota intentio ne pergat in illud summum celum ꝙ̄diu nō subest corpus cuius administratiōe ꝯquiescat. ¶ Ad oppositum dicēdum ꝙ maior non est vera de corpe glorifi cato quale habebūt electi in resurrectiōe: ſꝫ vera est de corpore tali quale est modo.

¶ Utrū paruuli q̄ cū solo originali decesserūt resurgent in iudicio? ꝙ non. resurrectio erit ꝑpter plenā retributionē meritorum ⁊ demeritoꝝ. ſꝫ paruuli tā purgati a pctō originali ꝙ̄ illi q̄ i pctō decesserīt origiali nō meruerīt neqꝫ demeruerīt ḡ nec illi nec isti resurgēt. Cōtra ioh. v. Mortui audiēt vocē filij dei: et q̄ audierint viuēt. Et vt dr̄ parū post. Oēs q̄ i monumētis sūt audient vocē filij dei ḡ oēs q̄ i monumētis sūt resurgēt. ¶ Rn̄sio ƀm rich. i. iiij. sen. dis. xliij. ꝙ puuli q̄ cū solo origiali pctō decesserīt resurgēt ꝑpter causam resurrectionis oīb⁹ cōmunē de qua supra etiam ꝑpter causaꝫ specialeꝫ. ꝑ pctō em̄ originali obligatur homo ad penaꝫ dāni. pctm̄ aūt origiale contrahit aīa per vnionē sui cuꝫ carne infecta. iō conueniēs est vt aīe paruuloꝝ carentiā visionis dei perpetuo patiantur in suis corporib⁹ vnite per quoꝝ contagioneꝫ incurterunt obligationem ad talem penā. ¶ Ad oppositū dicenduꝫ ꝙ ꝙ̄uis in paruulis non sit act⁹ merēdi vl̄ demerēdi. in illis tn̄ in q̄bus remissū ē pctm̄ originale est radix merēdi ſcꝫ grā gratū faciēs. ⁊ in illis in q̄bus nō ē remissum est radix demerendi ſcꝫ habitualis ꝯcupiscentia: iō resurgent tam isti ꝙ̄ illi.

¶ Utrū oms̄ resurgēt in eisdem locis in quibus fuerūt sepulti? ꝙ nō qꝛ resurrectio erit a morte sed mors magis respicit locū mortis ꝙ̄ sepulture ḡ resurgēt in locis in q̄bus decesserūt. Contra Eze. xxxvij. Ego aperiam tu

mulos vr̄os ⁊ educam vos de ſe
pulchris veſtris popule meus.
Reſpōſio ſm̄ richar. in. iiij. diſt.
xliij. ꝙ mortui reſurgēt in illis
locis in q̄bus tp̄e reſurrectiōis
erit pars principalior corporiſ ſi
ue ibi fuerit corpora eoꝝ ſepul
ta a pͥncipio ſiue non. ſi aūt illo
tp̄e ꝯtigat alicuiꝰ corporiſ par
tes eq̄ pͥcipales eē in pluribꝰ
locis. tūc cū nō ſit rō quare ma
gis reſurgat i vno loco ꝙ̄ i alio
tūc reſurget in illo loco in quo
voluntas dei imperabit. Ad op
poſitum dicēduz ꝙ reſurrectio
nō tantum erit a morte ſed eti
am ab incineratione. incinera-
tio aūt magis de proprie reſpicit
locum ſepulture ꝙ̄ locū mortis
¶ Utrū oēs reſurgēt i eadē eta
te? ꝙ nō q2 a reſurgētibꝰ maxie
a bonis nichil auferetur qđ in
eis fuerit dignitatis. ſꝫ ſicut dr̄
ꝓuerb. xvi. Corona dignitatis
ſenectus. ġ ſenes reſurgēt i ſe-
nili etate: ſed iuuenes non re-
ſurgēt in ſenili etate. ġ nō oīs
reſurgēt in eadem etate Cōtra
gloſa ſup illud ad ephe. iiij. In
mēſura etatis plenitudinis xp̄i
tūc oēs in eadēz etate reſurgēt
in qua chriſtus mortuꝰ eſt ⁊ re-
ſurrexit cuiuſcūq3 etatis mor
tui fuerint. ¶ Rn̄ſio ſm̄ rich. in
iiij. diſt. xliij. ꝙ etas dupliciter
pōt accipi. Uno mō ꝓ toto tp̄e q̄
vixit hō ⁊ ſic nō oēs reſurgēt in
eadē etate. Alio mō ꝓ ſtatu cor
poris ⁊ ꝟtutis q̄ ex annis in hu-
mano corpe relinquit̄ ſm̄ quēz
modū accipiēdi etatē dicimꝰ ꝙ
adam factus fuit in etate virili
⁊ ſic oēs reſurgēt in eadē etate
ſcꝫ xp̄i. ¶ Ad oppoſitū dicendū
ꝙ ſenectꝰ dicit̄ corona dignita
tis nō ꝓpter ꝯditionē corpis q2
tunc eſt in defectu ſed ꝓpter ſa
pientiā q̄ in eis preſumit̄ maior
ꝓpter multā experiētiā ex tp̄is
antiq̄tate: quapropt̄ dr̄ iob. xij.
In antiquis eſt ſapientia.
¶ Utrū oēs reſurgēt in ſexu vi-
rili? ꝙ ſic q2 oēs reſurgent ſine
defectu et deformitate ſed ſexꝰ
femineus eſt ex defectu nature
et p̄ter eiꝰ intentionē ſicut eñ
dicit philoſophus. xvi. de anīali
bus. Femina ē quaſi mas occa-
ſionatus ergo ſexus femineus
nō reſurget. Contra augu. xxij.
de ciuitate dei. cap̄. xvij. dicit.
Michi melius ſapere vident̄ q̄
vtrunq3 ſexum reſurrecturū nō
dubitant. ¶ Reſpōſio ſecunduz
richardum in. iiij. diſtin. xliij.
ꝙ licet quidā dixerūt ꝙ oēs re-
ſurgent in ſexu virili vt innuit
aug. i capitulo preallegato ta-
men dicendum eſt ꝙ nō omnes
reſurgent in ſexu virili ſed viri
in ſexu virili: et femine in ſexu
femineo. quia hoc exigit natu-
ra indiuidui et congruit perfe-
ctioni ſpeciei ⁊ erit occaſio lau
dandi deum. Dicit autem ſco-
tus ꝙ poteſt eſſe ꝙ viri reſurgēt
in ſexu femineo et femine in ſe
xu virili iidem in numero quia
vir et mulier ſoluꝫ accidentali
ter diſtiguntur. Ad oppoſitum
dicēdum ꝙ ꝙ̄uis mulier gigna
tur preter intentionem nature
particularis eſt tamen de intē
tione nature vniuerſalis nec in
illo ſexu confuſio libido ſeu ve-
recundia erit.
¶ Utrum corpora reſurgentiū
reſurgent cuꝫ deformitatibus
ſuis? ꝙ ſic. Cicatrices ſunt de
formitates in corpore: ſed cor

pus christi resurrexit cum cica tricibus vt potest accipi ex his que habētur iohan.xx. ergo m' to fortius corpora alioꝝ resur gent cum suis deformitatibus Contra augu. in ench. cap. iij. Resurgēt corpora sanctoꝝ sine vllo vicio. igit' et similit' argui pōt de corporibus dānatoꝝ q̄a sicut cōica bunt cum beatis in natura: ita videtur in naturalibus dispositionib⁹ corporalib⁹ ¶ R'nsio fm richar. in. iiij. disti. xliij. ꝙ sicut accipi potest ex sententia augusti. xxij. de ciui. dei. cap. xix. omnis deformitas reducitur vel ad illam que est ex parte corporis vel ex parte figure vel ex parte diminutionis partium vel ex parte superabundantie. Dico ergo ꝙ q̄cūq; predictorum modorum deformitate accepta corpora electorum sine omni deformitate resurgent quia omnis deformitas ad aliquod vicium pertinet Sed fm augu. vbi supra. resurgent sine omni vicio seruata integritate nature: corpora aūt damnatorū resurgent sine omni deformitate que est ex parte diminutionis partium q2 indistincte dicit apostolus ꝙ mortui resurgent incorrupti: sed vtrum resurgent sine deformitatibus aliis dubiū est ꝛ dicunt qui dā ꝙ nō immo manebunt in eis ad maiorē eoꝝ cōfusionem. Alij dicunt ꝙ resurgēt sine eis q2 in reparatione corporis resurgētis magis attēdit' nature perfectio q̄ȝ cōditio q̄ prius fuit hoc t'n august. in enchi. ꝛ magr' recitat in l'ra relinquit indeterminatum dicens ꝙ nos fatigare nō debet eoꝝ incerta habitudo vel pulchritudo quoꝝ erit certa et sempiterna damnatio Ad oppositū dicēdū fm augu. xxij. de ci. dei ca. x. ꝙ cicatrices in corporibus martyrum non erunt deformitates.

Utrum angeli iudicabūt? ꝙ sic. quia math. xxv. scribitur domin⁹ vētur⁹ ad iudiciū cū āgelis Sz ꝯtra ptās iudiciaria data est apostolis q2 iudicati sunt cuȝ dn̄o ꝛ merita eoꝝ cōparata malis eos ostendent reprobos: sȝ neutrum est in angelis ḡ ꝛc. R'ndet bon̄. in. iiij. disti. xlviij. ꝙ iudiciaria ptās triplici ex causa d'r esse cōicata apostolis scz rōne ꝯparationis. approbationis sententie et honorabilis confessionis. Ratione cōparationis erit omniuȝ maloꝝ bonoꝝ: approbationis vero bonoꝝ t'm sed hoīm et angeloruȝ sed honorabilis ꝯfessionis perfectoꝝ tantū. Un̄ dicendū ꝙ ꝓprie loquendo iudiciaria ptās non erit in āgelis. si aūt d'r i eis esse intelligenduȝ ē rōne approbationis. Cuȝ ḡ dicit scriptura ꝙ venit dn̄s cuȝ angelis nō ē intelligēdum cuȝ angelis iudicātibus sed ministrantibus: hoc bon̄. Utrum oēs iudicabunt? ꝙ sic. ij. coꝝ. v. Om̄s astabim⁹ an tribunal christi vt recipiat ꝛc. Sed cōtra io. iij. Qui credit in eum non iudicatur ꝛc. R. Iudicium dicitur tripliciter. scz ꝓprie: communiter: ꝛ appropriate. Iudiciuȝ cōmuniter d'r collatio manifesta meriti ad premiū Iudicium ꝓpe d'r discussio meritoꝝ cuȝ sentētie diffinitione. Iudiciū appropriate d'r ipa con

dēnatio vñ iudicatꝰ dr̄ ꝯdemna-
tus. primomō dr̄ oēs iudicabun-
tur. qꝛ patebit quō deꝰ oibus re-
tribuet sc̄dm merita. Scd̄o mōp
ut dr̄ iudiciū discussiōis nō oēs
iudicabuntur. sed ert quattuor
ordines sicut distinguit greg. et
magister ponit in littera. Ter-
cio mō iudicabunt mali solum.
⁊ istud iudicium incipit in pre-
senti per excecationez in infide-
libus et per expoliationē in de-
monibus et consummabitur in
futuro hec bonauentura vbi s̄.
¶ Utrum angeli iudicabunt. ꝙ
sic. i. cor. vi. Nescitis qm̄ ange-
los iudicabimꝰ. Sꝫ ꝯtra Jo. xvi.
Princeps mundi huiꝰ iam iudi-
catꝰ est. R̄e. d̄. ꝙ demones non iu-
dicabūtur iudicio discussionis
sꝫ iudicio ꝯdemnationis. Tū ex
parte iusticie dei vt in oibꝰ cla-
rescat iusta eoꝝ condemnatio.
Tum ex pte gl̄ie xp̄i. qꝛ xp̄s tri-
umphauit de dyabolo. ⁊ iudica-
tus fuit a mēbro dyaboli et ad
suggestionē eius. Ideo debet au-
thoritatē iudicialē sup eū acci-
pere. Tū ex parte meriti. qꝛ em̄
participes fuer̄t culpe humane
debent ⁊ participes esse ꝯtunc
lie ⁊ pene. Tuꝫ ex parte sui sup-
plicij ꝯsummandi. Uñ inuoluen-
tur simul cum damnatis ⁊ simr̄
incarcerabuntur. Et similiter
angeli boni iudicabuntur iudi-
cio retributionis. Cōsummabit
em̄ gl̄ia in ipis saltem q̄tuꝫ ad
premium accidentale ⁊ cessabit
meritū. Ad illud aūt quod obij-
citur dicendum ꝙ dyabolus di-
citur iudicatus qꝛ potestas est
ei aliquomodo sustracta q̄trum
ad bonos sed nō oino. Jō opꝫ tūc
iudiciuꝫ eius ꝯsūmari. hec boñ.
vbi s̄. ¶ Utrū ptās iudiciaria sit
christi s̄m diuinitatē vel s̄m hu-
manitatē: ꝙ s̄m diuinitatem qꝛ
eiꝰ est retribuere s̄m diuinita-
tem qꝛ de deo oportet credere
qꝛ ipse remunerator est. heb. xi
g̃ et iudicare. Sed contra io. v
Potestatem dedit ei iudicium
facere quia filius hominis est.
¶ Responsio. Ad hoc ꝙ iudicium
sit firmum cōcurrit authoritas
in sententiādo et potestas in re-
tribuendo. hec autē duo conue-
niunt christo s̄m diuinitatē per
naturam sic em̄ est dn̄s oim po-
tentissimus. s̄m humanitatē ve-
re sunt ei collata per gratiam.
Uñ act. x. Ipse est q̄ constitutus
est a deo iudex. ⁊c̄. hec boñ.
¶ Utrum apparebit xp̄s malis
in forma diuinitatis: ꝙ sic repro-
bi dn̄t terreri ad aspectum xp̄i.
sed quod sūme terret est ptās di-
uinitatis ⁊ maiestas. Sꝫ ꝯtra. Isi-
do. di. In forma q̄ iudicatus est
videbunt eū vt doleāt in forma
diuinitatis nō videbunt ne gau-
deāt. ¶ R̄nsio. Dicendū ꝙ sicut
dicit aug. et isido. ⁊ magr̄ in lr̄a
etiā hugo de sacr̄is. pr̄em nullꝰ
de reprobis videbit i iudicio. sed
oēs filium qꝛ filius hois est. Uñ
non apparebit malis in forma
dei. Propt̄ quod nota ꝙ duplex
est cognitio diuinitatis. Una per
signa ⁊ effectus. Alia in sua for-
ma et essentia. Dico g̃ ꝙ repro-
bi hēbunt cognitionē de xp̄i di-
uinitate p sig̃ certissima et effe-
ctꝰ manifestos. cognitionē aūt
eiꝰ i ppa forma p aptā visionez
nō hēbunt qꝛ talis forma ipro-
portionabilis ē oclis creature
nisi sint sublimati per gl̄iaꝫ aut
superabundantiā gr̄e. reprobis

aūt non dabitur grā nec simplr
nec ad tp̄s. Rō aūt quare nō da=
bit eis virtꝰ q̄ disponat eoꝝ aspe
ctū ad videndū illā lucē est illa
quā tangit aug. ⁊ isid. qꝛ sic ha=
berent sūmā delectationē quod
n̄ latenꝰ scȝ hec boñ. i. iiij. vbi s̄
¶ Utrum apparebit reprobis in
forma humanitatiȝ gl'iosa: vel nō
Criso. Ueniet in iudicio xp̄s nō
solū vulneꝝ cicatrices sȝ ⁊ ip̄aȝ
mortē exprobratissimā ondens.
Sed ꝯtra. Nulla erit ī eo fictio
ḡ talē ondet formā q̄lē hēbit: sȝ
hēbit gl'iosā. ¶ Rñsio dicendum
ꝙ apparebit oībus ī forma glo
sa et non erit differentia a par=
te apparētis sȝ ex parte recipiē
tiū. boni em̄ recipiēt formā glo
sā cū gaudio ⁊ glia / sed mali cū
confusione ⁊ pena ꝯfundent em̄
in aspectu eius et non poterunt
eius sustinere vultū propter cō=
scientie remorsum ⁊ propter ex
pectationem ferende sententie
contra eos. Ad illud autē quod
obijcitur dicendum ꝙ ille cica
trices erūt signa mortis vilissi=
me preterite quaȝ sustinuit. sed
tm̄ qꝛ apparebunt in excellentia
glorie signum erunt victorie et
glorie tunc presentis. hec boñ.
¶ Utrum hora iudicij sit nota
alicui creature: Rñsio. Dicen=
dum absq3 dubio ꝙ hora illa est
nota toti trinitati et homini as
sumpto. Ignota autē est omni=
bus in statu viatoꝝ existentibꝰ
Sed de hoc est contentio inter
doctores an sit nota angelis et
aīabus beatis: Sed certe quid
sit sup hoc tenendum magis do
cebit experientia pro loco et tē
pore ꝙ̄ nunc doceat scientia.
hec boñ. in. iiij. distin. xlviij.

Utrum damnati deum ha
beant odio: vel non. Nullꝰ
potest ipsam bonitatē odio ha
bere. Sed cōtra. psalm. Super
bia eoꝝ qui te oderunt ascēdit
semper. ¶ Responsio. Affectus
mouetur ex bono vel malo app̄
henso. deus autem apprehendi
tur dupliciter vno mō in se sicut a
beatis qui deum per essentiā vi
dent ⁊ per effectus sicut a nobȝ
⁊ damnatis. Ipse igitur in seip=
so cum per essentiam bonitas nō
pōt alicui voluntati displicere
neq3 odio haberi sed aliqui effe
ctus eius pñt esse voluntati re=
pugnantes inq̄ʒtum ꝯtrariātur
alicui. ⁊ ſm hoc aliquis deū odi=
re pōt non in seipso sed rōne effe
ctuum. dānati ḡ deum percipi=
entes in effectu iusticie qui ē pe
na eū odio hñt sicut etiā penas
quas sustinent. hec. tho. in. iiij.
¶ Utrum damnati velint se pec
casse: vel sic. Augu. de fide ad pe=
trum dicit ꝙ bonam hr̄e nulla=
tenus poterunt volūtatē. sȝ nol
le peccasse ē voluntatis bone ḡ
cum considerāt pctm̄ suum non
possunt nolle sed velle. Item vo
luntas hominis post mortē in
uertibilis est sicut et voluntas
angeli. Sed ꝯtra. Sap̄. v. Intra
se penitentiam agentes. Rñdet
boñ. in. iiij. distin. l. ꝙ nolunt pec
casse non propter hoc ꝙ pecca=
tum eis displiceat quia iniustū:
sed quia eis displicet pena iu=
sta. et ideo malam habent volū
tatem. nam adhuc viuit in eis
voluntas peccandi licet dolore
impediatur ne exeat in actum
suum: per habitum enim volun
tatis male appeterent peccare
si non crederent ex hoc puniri.

Unde patet rn̄sio ad primum. Ad aliud autem qđ obijcitur ꝙ voluntas est inuertibilis dicen dū ꝙ verū est de voluntate ꝗtu ad habitū in quē fit plena ꝟsio/ sed nō de vertibilitate ꝗtum ad actum. hoc boñ. ¶ Utrum dam nati volūtate deliberatiua ma lint non esse ꝗ sic eē:ꝙ nō. Pre electio supponit electionē: sed non esse non est eligibile qꝛ oē eligibile habꝫ apparentiam bo ni. sed non esse non hꝫ apparen tiam boni/ qꝛ quod apparet bo num apparet esse. ꝫ ꝛc̄. Sed con tra. Apoc. ix. In diebus illis de siderabunt hoīes mori ꝛ fugiet mors ab eis. Rn̄det boñ. vbi su pra. Credo ꝙ magis appetēdū esset si poneretur in optione oī no non esse ꝗ eternalr̄ torq̄ri. lo quor de appetitu qui refugit in cōmodum hoc eñ iudicat mens mea magis sicut decollationē ꝗ diuturnam ignis adustionem Ueruntñ ſm appetitum honesti qꝛ cruciari iniquos spūs est ad gl'iam dei vtiqꝫ malle deberent ignib⁹ subiacere ad ꝯtinentiaꝫ dei laudem ꝗ per oīmodam cor ruptionem manum dei effugere ꝯcedēdum igit̄ ꝙ dānati mallēt non esse. Ad illud aūt qđ obijcit̄ ꝙ pelectio supponit electionē dicendum ꝙ verū est de illa q̄ est per modum desiderij non de ea q̄ est per modum fuge. hoc bo nauentura. ¶ Utrum damnati vellent omēs esse damnatos:ꝙ non. Lu. xvi. Rogabat diues pro fratribus ne venirent in locum tormentorū. Sed ꝯtra. super hoc quod dr̄ ysaie. xiiij. Surrexerunt de solijs. Dicit glo. Solacium est miserorū multos hr̄e socios penarū. ¶ Respōdet bonauentu ra vbi supra. Et si in damnatis remittātur aliquo modo affecti ones q̄hn̄t annexam delectatio nem. Alie affectiones in quib⁹ est penalitas vigorant. Uñ et si cesset actualiter affectus luxu riandi ꝛ dominandi: tñ accendi tur affectus siue furor impatiē tie ꝛ liuor inuidie. Ideo vehemē ter tristabuntur et tabescent in gloria electorū dei. Et ideo ad satiandam suā impijssimā emu lationem ꝛ odium vellent oīs. eē miseros. Et qꝛ nec ipsi possūt ad beatitudinē pertingere/ nec aliquos possunt a statu beatitu tudinis amouere: ideo in seipis vehementer tabescunt et ꝯfun duntur. Concedendum ergo ꝙ gn̄aliter loquendo mallent oēs esse miseros ꝗ ipsis existentib⁹ miseris aliquos eē beatos. Ad illud aūt quod obijcitur de illo diuite ꝛc̄. dicendum ꝙ ꝗuis in generali damnati nollint vide re beatos aliquos sed oēs mise os: tñ qꝛ specialius habent ali quorū amorem naturalem ꝛ pri uatum / nollent ipsos damnari alijs existētibus in statu glorie qꝛ etsi damnētur adhuc tñ ma net emulatio ꝛ occasio tabescē di. non sic aūt si oēs damnaren tur. attñ nullos ita diligunt na turaliter q̄n vellent eos esse dā natos/ hoc pacto ꝙ nulli essent beati. hec bonauentura.

¶ Utrum fiat mitigatio propt̄ mie pietatem de penis damna torū:ꝙ non. Apoca. xviij. ꝗtum glorificauit ꝛc̄. Itē ysa. xl. Susce pit de manu dn̄i duplicia. dr̄ de anima peccatrice. Itē sup illud psalm. Ex vsuris et iniquitate.

&c. Glosa. Usure dicuntur pctã qm plus mali inuenietur in supplicijs q̄ comissum est in culpis. igit &c. Item delectatio est momētanea et punitur pena eterna et acerbissima. ergo punit supra cōdignū. Sed ctra. Pctōr cū peccat mortaliter offendit deū qui est bonum infinitum et a quo est oē bonum. ergo pena infinite acerbitas puniri debz amittere oē bonum et non esse. sed non ita punitur. ergo citra condignum punitur. ¶ Responsio fm bon. in iiij. distin. xlvij. Mitigatio pene damnatorum dupliciter potest intelligi. Aut q̄tum ad taxationē et inflictionē pene. et sic absq̄ dubio est ibi mitigatio. Alio modo post pene taxationem. et inflictionē. et hoc mō nulla est mitigatio quia tunc claudit eis dñs viscera pietatis. Ad illud autez quod obijcitur de scriptura q̄ dicit q tantum et q duplū et q amplius ad illa oia rñdendū q est comparare delectationez ad penam dupliciter. Aut fm intētionem huius in genere pene et illius in genere delectationis et sic multo maior est pena q̄ delectatio aut fm rationē meriti vel demeriti. et sic dico q meritum delectationis inordinate excedit penaz quia dignus esset peccatorem amplius puniri. Itaq̄ q̄tum ad intentionē et durationē pena excedit culpā sed q̄tū ad meritū culpa penaz. Et per hoc patet ad rōem quia etsi delectatio sit momentanea quia tñ per eam offenditur bonū infinitū meretur penam eternam. hec bon.

Utrum ad beatitudinez requiratur corpus. q non, quia beatitudo non consistit in corporalibus bonis. igitur. Sed cōtra. Perfectio gratie presupponit perfectionem nature. Anima autem sine corpore non habet perfectionem nature. cū sit pars naturaliter humane nature. Omnis autez pars est imperfecta a suo toto separata. ergo anima sine corpore non potest habere perfectionem gratie cuiusmodi est beatitudo.

¶ Responsio secundum thomā. i. ij. que. iiij. Ad perfectionez alicuius rei dupliciter aliquid pertinet. Uno modo ad constituendum essentiam rei. sicut anima requiritur ad perfectionem hominis. alio modo ad bene esse eius sicut pulchritudo corporis et velocitas igenij pertinet ad perfectionem hominis. primo modo non pertinet corpus ad perfectionem beatitudinis humane sed bene secundo modo. Cum enim operatio dependeat ex natura rei q̄to anima perfectior erit in sua natura tanto p̄fectius habebit suam propriam operationem in qua felicitas consistit. Unde augu. xij. super grego. ad litteram. Cum quesisset. vtrum spiritibus defunctorum sine corporibus possit summa illa beatitudo preberi. Respondet q non sic possunt videre illam incommutabilē substantiam vt sancti angeli vidēt sine alia latentiori causa siue ideo quia est in eis naturalis q̄dam appetitus corpus administrandi. Ad illud autem quod obijcitur dicendum. q in corporali bono non consistit beatitudo sicut in obiecto beatitudinis

sed corporale bonum potest fa=
cere ad aliquem beatitudinis
decorem vel perfectionem ⁊ sic
corpus non quidem corruptibi=
le quod aggrauat animam sed
corpus immortale et totaliter
spiritui subiectum facit ad deco
rem beatitudinis et perfectio=
nem. hec ex thoma. ¶Utrum
homines assumantur ad ordi=
nes angelorum. ꝙ non. hierar=
chia enim humana continetur
sub infinita hierarchia celestiū
sicut infima sub media et media
sub prima sed angeli infime hie
rarchie nunq̄ transferuntur in
mediam vel primam. igitur. ⁊c.
Sed contra est quod dominus
dicit Math. xxii. de sanctis. ꝙ
erunt sicut angeli dei in celo.
¶Responsio thome. in prima p͛
te quest. cviii. ꝙ ordines angē
lorum distinguūtur et secundū
conditionem nature et secundū
dona gratie. Si ergo considerē
tur angelorum ordines q̄tum
ad gradum nature sic homines
nullomodo assumi possunt ad
ordines angelorum qꝛ semper
remanebit naturarū distinctio.
sed qꝛ donum gratie dependet
ex libertate dei nō ex ordine na
ture. Ideo per donum gratie ho
mines mereri possunt tantam
gloriam vt angelis equentur se
cundum singl'os angelorū gra
dus quod est homines ad ordi=
nes angelor̄ assumi. Unde luce
xx. dicit dn̄s. ꝙ filii resurrectio=
nis erunt equales angelis in ce
lis. Et augu. dicit. xxii. de ciui=
tate dei. ꝙ non erunt due socie
tates hominum et angelorum
sed vna. Ad illud autem quod
obiicitur dicēdum. ꝙ gratia an
gelis datur secūdum proportio
nem naturalium. non autē sic
est de hominibus et ideo sicut i=
feriores angeli nō possunt trās=
ferri ad naturalem gradum su
periorum ita nec ad gratuitum
homines vero possunt ad gratui
tum conscendere sed non ad na
turalem. hec tho.
¶Utrum omnes beati habeant
equalem beatitudinem. ꝙ sic.
quia Math. xx. Omnes accepe=
runt singulos denarios. Item.
Tantum diliget vnusquisq̄ pro
ximum sicut seipsum. ergo tan=
tum gaudebit linus de gloria
petri q̄tum si eam haberet. sed
si eam haberet tantum gaude=
ret q̄tum petrus gaudet igitur
⁊c. Item augu. super iohannem
et ponitur a magistro in littera
in. iiii. sententiarum dis. l. Om=
nium beatorum hominum est
par gaudium. Sed contra. Joh.
xxv. In domo patris mei man
siones multe sunt. Item. i. cor.
xv. Stella differt a stella in cla=
ritate. Itē ps. Reddet vnicuiq̄
secundum opera sua: sed opera
sunt inequalia. ¶Responsio se
cundum bonauenturam in. iiii.
dis. xlix. Beatitudo dicitur du=
pliciter. vel satians effectiue si=
cut obiectum. vel satians infor
matiue sicut perfectio primomo
do vna est beatitudo vita mer=
ces vnum premium. videlicet
vnus deus. Secundomodo bea=
titudo est vna vnitate conform
tatis et connexionis: sed tamē
differens q̄titate gaudii et re=
munerationis vnus enim alio
clarius videt deum ⁊ magis de
illo gaudet et strictius tenet.
Et sic patet ad primum obie=

ctum de denario. et ad tercium quia gaudium dicitur par non intensiue sed extensiue: quia de eisdem et de tot gaudet vnus quibus et tot gaudet alter: sed non pari affectu. Ad illud autem quod obijcitur. Tātum gaudet de bono proximi quantum de suo dicendum quod verum est. vnde petrus plus gaudet de bono lini quam ipse linus. sed ex hoc non sequitur quod tantum gaudeat quantum si haberet illud quia si haberet illud bonum haberet maiorem caritatē et potestatem intensius gaudendi. hec ex bonauentura. Patet ergo quoniam omnium beatorum est eadem beatitudo obiectiua. Beatitudo autem formalis equalis est omnium/extensiue; quidem tam in duratione quia quelibet est eterna. quam etiam in multitudine. quia quilibet gaudebit de quolibet de quo alius gaudebit ¶ Utrum gloria corporis augmentet gloriam anime? quod non. deus se offert anime separate in aperta visione sicut et post resurrectionem Et si dicas quod propter appetitum administrandi corpus impeditur anima. Contra. Bernardus de diligēdo deo de bonis animabus dicit. quod ita inebriantur deo vt obliuiscant sui. ergo multomagis corporis. Item liberior est spiritus a corpore absolutus quam alligatus ergo magis dispositus ad suscipiendam beatitudinem perfectam. Sed contra. Perfecta beatitudo est quies omnium desideriorum. anima autem naturaliter appetit vniri corpori. ergo impossibile est animam beatificari quousque resumat corpus. ¶ Respōsio secundum bonauenturam. vbi supra. dicendo quod beatitudo dicitur gaudium per essentiam. Gaudium autem potest dici maius quadrupliciter. aut quia de maiori obiecto. aut quia ex maiori habitu. aut quia de pluribus. aut quia ex eodem habitu intensius. Primomodo maius gaudium. quia de maiori non reperitur nec respectu eiusdem nec respectu diuersorum. quia quilibet gaudet de bono infinito. Secundo modo maius inuenitur respectu diuersorum. quia maiori habitu gaudet petrus quam linus. sed non reperitur respectu eiusdem quantum ad diuersa tempora. quia non habebit maiorem habitum petrus post iudicium quam nunc. Terciomodo maius quia latius et de pluribus reperitur in eodem secundum diuersa tempora. quia petrus de pluribus gaudebit post iudicium quam nūc. quia de gloria anime et corporis. de gloria omnium saluandorum. sed non est maius hoc modo respectu diuersorum quia de tot et de eisdem gaudebit vnus paruus sanctus sicut maximus sanctus. Quartomodo maius. quia intensius reperitur etiam respectu eiusdē quia ex eodem habitu intensius mouebitur anima resumpto corpore. quia nullum habebit retardās Ad illud autem quod obijcitur. quod obliuiscitur sui. dicendum. quod non intelligitur quin amet se. sed quoniam omnis amor priuatus qui non referatur in deum ab anima auferetur. Et certe anima beata non appetit corpus amore priuato sed ad gloriam dei. Ad

aliud dicendum. ꝙ est spiritus
absolutus a corpore substantia
⁊ effectu:⁊ iste est liberior. Et ē
spūs alligat⁹ affectu ⁊ solutus
substantia:⁊ iste nō est liber. qꝛ
aliqd vult qđ nō hꝫ. Et est spūs
alligatus substantia ⁊ affectu.
tunc aūt corp⁹ est inobediens.
⁊ talis nō est liber. qꝛ non pōt qđ
vult. Aut per omnia obediēs:⁊
talis est liber libertate sibi cō=
ueniente:quia non vult nisi qđ
potest.⁊ habet omne quod vult
hec bonauentura.

¶ Utrum om̄es appetant btitu
dinē veraꝫ:ꝙ sic. Boeti⁹. Inser
ta est mentibus hoim veri boni
cupiditas. Itē.i.ethy. Om̄ia bo
num appetunt.ℊ summū bonuꝫ
summe appetunt. Sed ꝯtra. au
gu. dicit. Inuisa diligere possu=
mus. incognita nequaꝗ̄. sꝫ mul
ti sunt ignorātes qđ sit ⁊ in quo
sit ꝟa btitudo. igitur ⁊c̄. Itē pec
catū est spreto incommutabili
bono rebus ꝯmutabilibus adhe
rere. Sed beatitudo est bonum
incōmutabile: ℊ oīs pctōr verā
btitudinē spnit. ℊ null⁹ appetit

¶ Rn̄sio ꝺm scotum in. iiij. dist.
xlix. ꝙ oēs summe appetunt be
atitudinē appetitu naturali q̄
est ipa naturalis inclinatio vo
lūtatis ad actū suū sic em̄ vnuꝫ
qđꝗ ꝑfectibile naturaliter ap=
petit suā ꝑfectionem. Appetitu
aūt libero ⁊ elicito oēs vt in plu
rib⁹ beatitudinē appetunt ta=
lis em̄ appetitus vt in plurib⁹ se
quitur inclinationē nature Be
atus aūt bonauētura ibidem di
cit. ꝙ duo sunt que faciunt ap=
petitum scilicet conuenientia
⁊ indigentia:qm̄ igitur aīa ra
tionalis creata est ad dei yma
ginem ⁊ similitudinē ⁊ facta est
capax boni sufficiētissimi. ⁊ ipa
sa sibi nō sufficit cum sit vana ⁊
indeficiens. Ideo dico ꝙ veraꝫ
beatitudinem appetit naturali
ter. Et ad illud qđ obijcitur ꝙ
multi ignorant verā btitudinē
respondet ꝙ sicut in nobis est
duplex amor/naturalis:scꝫ et
deliberatiuus:similiter et du=
plex cognitio:scꝫ naturalis et
deliberatiua. Dicit ergo ꝙ om
nes habent appetitum beati=
tudinis vere in generali et ha=
bent cognitionem in gn̄ali/om
nes enim credunt ꝙ beatitudo
ē bonum quod sufficit. Et om=
nes istud appetunt. In spec ial
vero vbi sit quod sufficit: scꝫ in
honore vel pecunia vel aliquo a
lio errat cognitio ⁊ declinat af
fectio: Et est simile de eo q̇ vult
emere aurū ⁊ credit qđdaꝫ fru
stum auricalci esse frustū auri:
⁊ frustū auri credit esse aurical
cum. Si queras ab eo in gene=
rali quid velit emere respon=
debit aurum. Si queras in spe
ciali quod illoꝝ frustorum vult
emere:respōdebit ꝙ hoc demō=
strato auricalco. Similiter si
ab aliquo queras vtruꝫ velit ha
bere verā beatitudinē. Respon=
debit ꝙ sic. Si queras quid ve
lit vtrum paradisum vel denari
um. respondebit denariuꝫ. ⁊ hu
ius ratio non est. qꝛ hic credit
sufficiētiā eē vbi nō est. hec bon

¶ Utrum propter beatitudinē
appetatur quicquid appetitur.
ꝙ sic. Aug. xiij. de ciuita. dei. c.
viij. Omnes appetunt bti esse ⁊
non miseri. quicquid enim la
tenter aliquis vult ab hoc non
recedit. Sed cōtra. Nullus ap=

petit nisi cognitū: sed potest ali
quis aliquid appetere ignoran
do beatitudinem. ¶ Responsio
secundum scotum vbi supra. ꝙ
si loquamur de appetitu natu=
rali ille semper est in ordie ad
beatitudinem. sed si loquamur
de actu elicito: non oportet ꝙ
quicquid appetitur appetatur
propter beatitudinem: quia ap
petitus potest velle oppositū ꝛ
negatiue ꝛ ꝯtrarie. ita ꝙ neutro
mō erit in ordine ad beatitudi=
nem. Probo ꝙ negatiue: possibi
le est enī cognoscere aliqd non
cognoscēdo btitudinem. veram
actu elicito: ḡ potest illud appe
tere non appetēdo beatitudinē
Item probo ꝙ contrarie: qꝛ ha
bens fidē ꝛ credens ꝙ fornica
tio est cōtraria fini potest velle
fornicari. Ad illud autē ꝙ obijcitur ꝙ qcqd volumꝰ latenter nō
recedit ab appetitu btitudinis
dico ꝙ verū est de appetitu na=
turali semp. ꝛ de appetitu elici
to recto verum est vt in pluribꝰ
sed non de appetitu elicito inor
dinato. hec scđm scotum.

¶ Utrū btitudo hoīs consistat
in aliquo bono creato ꝙ sic. qꝛ
hō non est capax nisi boni finiti
Sed ꝯtra Aug. xix. de ciui. dei.
vt vita carnis aīa est enī beata
vita hoīs deꝰ est. de quo dr̄. bea
tus ppl'us cuius dn̄s deus eius.
¶ Respōsio. Impossibile est be=
atitudinem hoīs esse in aliquo
bono creato. beatitudo eniꝫ est
bonū perfectum totaliter qui
etans appetitum. obiectum au
tem appetitus intellectualis ē
vniuersale bonum: quod nō in
uenitur in aliquo creato: sed in
solo deo: qꝛ ois creatura habet
bonitatem participatā. vnde so
lus deus hoīs voluntatem imple=
re potest. fm̄ ꝙ dr̄ in ps. q re=
plet in bonis desideriū tuum.
In solo igit deo beatitudo ho=
minis consistit. Ad illud circa
qđ obijcitur dicendum ꝙ hō nō
est capax nisi boni finiti vt rei
intrinsece ꝛ inherētis. sed bene
est capax boni ifiniti vt obiecti
hec thomas in. i. ij. q. ij.

¶ Utrum beatitudo cōsistat in
visione diuine essentie. ꝙ nō qꝛ
dicit dyonisiꝰ. i. ca. mistice the=
ologie. Per id quod est supmū
intellectus hō deo cōiungitur
sicut oīno ignoto. Sed cōtra. i.
iohan. iij. Uidebimꝰ eū sicuti est
¶ Respōsio. Ultima beatitudo
non potest esse nisi in visione di
uine essentie. hō enī non est pfe
cte beatus qđdiu sibi restat ali=
quid desiderādum. Inest autē
homini naturaliter desideriū
cū cognoscit effectum ꝛ scit eū
habere causā vt etiā cognoscat
de causa quid est. ꝛ illud deside
rium quasi est admirationis et
causat inquisitionem vt dicitur
in principio methaphisice. Nec
inquisitio illa quiescit quousq
perueniat ad cognoscendum es
sentiam cause. ad pfectam igit
beatitudinem oportet ꝙ homo
pertingat per intellectū ad ip=
sam essentiam prime cause. Ad
illud autē quod obijcitur dicē
dum ꝙ dyonisiꝰ loquitur de co=
gnitione eorum qui sunt in via
tendentes ad beatitudinē. hec
Tho. i. ij. q. iij.

¶ Utrum homo per sua natura
lia possit beatitudinem conseq
ꝙ sic. Natura enī nō deficit in
necessarijs. Sꝫ cōtra. Ultima be

atitudo excedit intellectū hoīs ⁊ voluntatem. i. cor. ij. Oculus non vidit ⁊c. Responsio. Beatitudo imperfecta q̄ in hac vita haberi potest ab homine potest acquiri per naturalia eo modo q̄ virtus in cuiꝰ operatione consistit. sed beatitudo hominis perfecta consistit in visione diuine essentie. Uidere autem deum ꝑ essentiam est supra naturaꝫ nō solum hoīs sed etiā oīs creature. Ad illud autem quod obiicitur dicēdum ꝙ sicut natura nō deficit homini in necessarijs ꝗ̄uis non dederit ei tegumenta ⁊ arma sicut alijs animalibus qꝛ videlꝫ dedit ei rationeꝫ ⁊ manꝰ quibus hec possit sibi acquirere ita nec deficit homini i necessarijs ꝗ̄uis non dederit sibi aliqḋ ꝑncipiū quo possit beatitudinē cōsequi. hoc enī erat impossibile. Nam dedit ei liberum arbitrium quo posset cōuerti ad deum qui eum posset facere btm̄. que enī per amicos possumꝰ per nos aliqualiter possumus. vt dicit. iij. ethy. hec tho. i. ij. q. v.

¶ Utrum homo possit beatitudinem adipisci. ꝙ non. Inter deum in quo consistit beatitudo ⁊ naturam humanaꝫ mediat natura angelica quā homo transcendere nō pōt. Cōtra psal. Beatus hō quem tu erudieris dn̄e

¶ Responsio. Beatitudo nominet adeptionem perfecti boni. quicunqꝫ ergo est capax perfecti boni potest ad beatitudinē peruenire. ꝙ autē homo sit perfecti boni capax patet qꝛ ⁊ eius intellectus potest apprehendere vniuersale ⁊ perfectum bonū ⁊ eius volūtas illud appetere. iō ⁊c. Ad illud autem quod obiicitur dicendum ꝙ homo non pōt angelos transcēdere in gradu nature sꝫ bn̄ ꝑ operationē itellectus aliqḋ intelligere pōt super angelos ⁊c. hec tho. i. ij. q. v.


¶ Utrū btitudo hr̄i possit i hac vita? ꝙ sic. ps. Bti imaculati in via ⁊c. Cōtra Job. xiij. hō natꝰ de muliere breui viuēs tpe rep. multis miserijs. ⁊c.


¶ Responsio. Aliqualis participatio beatitudinis haberi potest in hac vita non autem vera et perfecta beatitudo que omne malum excludit ⁊ omne desiderium implet. quod esse nō potest in hac vita. Ad illud auteꝫ quod obiicitur dicendum ꝙ illi dicuntur beati in spe vel ꝓpter participationem beatitudinis ſm aliqualem summi boni fruitionem hoc Tho. i. ij. q. v.

**Explicit vtilis admodum tra=**
ctat⁹ super quattuor nouissimis a Reuerendo patre magistro
Nicolao deniſſe viro vtriq; scientia vite sanctitate morumq; hone=
state preclarissimo: Necnon prouincie francie super fratres
de obseruantia prouinciali vicario dignissimo. Quiquidē tra
ctatus nuperrime Parisi⁹ Impressus est. Pro honesto viro Frā
cisco Regnault alme vniuersitatis parisieñ. bibliopola. Anno
dñi Millesimo quingentesimo nono. Die vero. x. Decembris.

## Ad lectores.

Huic vos lectores lecto: aures si datis aptas
Proderit: & nummis plus valet ipse datis.
Ultima fata canit: ventura & pondera secli.
Mortem: iudicium: premia: supplicium.




EST·MON
ESPERANCE
EN D.EV
FR
Francoys Regnault

Konserwacja oprawy
1990 r. – BJ